Rostocker Dokumentenserver
Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.
Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Johann Klein von  Michael Henning Wedderkopf

# Disputatio Iuridica. De Resignatione Iudiciali. Vulgo Von der Gerichtlichen Aufflassung

Rostochii: Wepplingius, 1691

**http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn746169418**

Druck  Freier Zugang  PUBLIC DOMAIN



Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn746169418/phys_0001
DFG

Ja-1125

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn746169418/phys_0002
DFG

I. N. J. C.

# DISPUTATIO JURIDICA.

DE

# RESIGNATIONE JUDICIALI.

Vulgò

## Von der Gerichtlichen Aufflassung.

QVAM

AUXILIANTE DIVINI NUMINIS GRATIA

AC

SUFFRAGANTE MAGNIFICO JCTorum ORDINE

IN ALMA ROSTOCHIENSI.

PRÆSIDE

## DN. JOHANNE Klein.

J. U. D.

PRÆCEPTORE, HOSPITE AC FAUTORE SUO

ÆTATEM ÆSTIMATISSIMO

*AD DIEM 18. APRIL. 1691.*

*IN AUDITORIO MAJORI,*

BENIVOLÆ ERUDITORUM CENSURÆ

SUBJICIT

## MICHAEL HENNING Wedderkop.

*HOLSATUS.*

AUTOR ET RESPONDENS.

Rostochii, Typis JOH. WEPPLINGII, Univers. Typogr.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn746169418/phys_0003
DFG

Bibliotheca Universitatis Rostochiensis

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn746169418/phys_0004
DFG

I. N. J. C.

# CAPUT PRIMUM.

## Generalia circa Resignationem Judicialem, Definitionem tam Nominalem, qvam Realem ejusdemq; Evolutionem, Divisionem, ac Originem.

### SUMMARIA.

EX Consensu Gentium sociali, ad usum & necessitatem communem respiciente omnis penè descendit Conventionũ nexus. n.1.

Modus firmiter obligandi ex lege civili est. n.2.

Hujus rationem exhibet. n.3.

Salus Publica omnium Legum Civilium ultimus finis est, n.4

Arbitrium circa res suas liberum expedit sæpe jure civitatis limitari. n.5.

Exemplum ejus obvium Moribus est in Resignatione Judiciali, vulgò die Aufflassung für Gericht. n.6.

Non aliter dominium rerum immobilium pleno in accipientem jure transire, quàm prævia judiciali Resignatione, non est ex Gentium Placito. - - n.7.

Juri Gentium simplicitas magis, quàm scrupulosa alienationis solennitas amica est. - n. 8.

Resignationis judicialis hodierna solennitas juris Romani per omnia regulis haud convenit n.9.

Redolere ferè tamen videtur vetere mancipandi solennitatem, aut non multum effectivè ab illâ differre - - - n.10.

Summâ & æquitate & utilitate suffulcitur. - - n.11.

Quod demonstratum datur ex collatione cum veteri mancipatione institutâ. - - n.12.

Resignationis Caussa finalis traditur. - - n.13. seqq.

Methodi Syllabum in capite primo exhibet. - - n.18.

Etymologiam. - - n.19.

Homony-

*Homonymiam.* - *n.20. seqq.*
*Synonymiam.* - *n.41.*
*Publicâ authoritate obsignatâ privatim resignare illicet. n.21.*
*Testamenta solenniter resignanda.* - *n.23.*
*Resignare idem denotat ac rescribere.* *n.25.*
*Item: Signis loquenti signis respondere.* Mit Minen reden. *n.26.*
*Item abrogare & irritum facere.* - *n.27.*
*Et apud JCtos: Ulteriori ex contractu nexui renunciare.* *n.28.*
*Creditor, qui sub annuis usuris datam pecuniam absque temporis determinatione, diutius fœnori expositam habere non vult, commodo ante solutionem tempore* resignare *debet* *n.30.*
*Sine prævia* Resignatione *locatis indefinitè operis, locatori è familitio discedere illicet. n.31.*
*Jure Lub. Conductorem ex ædibus expellere locatori integrum non est, nisi justo tempore facta sit* Resignatio - - *n.32.*
*Reluiturus prædium sub pacto antichretico oppignoratum justo tempore* resignare *debet.* *n.33.*
Resignare *etiam JCtis significat* Abdicare & Reddere *n.34.*
*De* Resignatione Officiorum *agitur remissivè.* - *n.35.*
*Aliquando jus, quod vendi nequit, civili termino dicitur* Resignari. *n.36.*
*Sic Hodiè Præbendæ & Canonicatus dicuntur* Resignari. *n.37.*
Resignare *idem est ac* Cedere. *n.38.*
*Hujus ratio redditur* - *n.39.*
*Et hâc ratione accipi h.l. docet. n.40.*
Judiciale *ceteroquin denotat omnem actum tam in judicio, quam extra illud, modò authoritate Magistratus gestum.* - *n.42. seqq.*
*Hic v. ad judicium restringitur. n.44*
*Describitur* Resignatio judicialis. - - *n.45.*
*Vox* Actus *cuncta comprehendit, quæ quovis aguntur modo. n.47.*
*Neque jure Saxonico.* - *n.49.*
*Neque Lubecensi valet extrajudicialis rerum immobilium alienatio* - - *n.50.*
*Ejus rationem exhibet* *n.52.*
Resignationem judicialem *esse actum* contentiosæ jurisdictionis *fusius probatur.* - *n.53. seqq.*
*Rationem dubitandi exhibet.* - *n.54. seq.*
*Rationes decidendi.* *n.56. seqq.*
*Venditor invitus perfectâ solo consensu venditione ad* resignandum *cogitur.* - *n.57.*
*Non unicuique, nec quomodocunque* resignare *licet.* - *n.58.*
*Venditor rem venditam præcisè tenetur tradere.* - *n.58.*
*Actus voluntariæ jurisdictionis, neque solennitatem loci neque temporis, nec judi-*

eis competentiam desiderant. n. 59. 60. seqq.
Quæ omnia tamen ad resignationem judicialem necessaria sunt. n. 60. seqq.
Ad Dubitandi Rationes respondetur. n. 66 seqq.
Sola Resignatio absq; prævia contrahentium conventione nil operatur. n. 75.
Conventio absqve Resignatione tamen valida est. n. ead.
Resignatio affinis est actibus voluntariæ jurisdictionis. n. 76.
De Resignatione jurium & privilegiorum hic non agi docet. n. 77.
Ad rerum mobilium pleno jure transferendum dominium neq; Jure Saxonico neq; Lubec. Resignatio necessaria est. n. 78.
Neq; sine commerciorum impedimento ac Reip. incommodo Statuto in hisce rebus induci posse probatur. n. 79. seqq.
Commerciorum utilitas maximü Reip. fulcrum est. n. 84.
Commercia omnis mora impatientissima sunt. n. 81.
Alienatio generaliter accepta omnem includit actum, quo res à nobis in alium transire potest. n. 83.
Prohibitâ alienatione etiam oppignoratio prohibita censetur. n. 84.
Excipiuntur odiosa & pœnalia. ead. n.
Quicqvid prohibitum est in termino, illud etiam prohibitum est in via. n. 85.
Alienatio in strictissima significatione ad solam restringitur venditionem. n. 86.
In mediâ significatione omnem denotat caussam dominij inter vivos translativam. n. 88.
Quo in sensu h. l. accipitur. n. 87.
Per jus, quod resignare debet alienans, intelligitur tam minus plenum, qvam plenum dominum, tam partis, qvam totius n. 90. seq.
Quicqvid juris est in toto, qva toto, illud idem juris est in qvalibet totius parte. n. 93.
Nec excluditur Fictum dominium. n. 94.
Dominus per Procuratorem specialiter ad resignandum mandato instructum rectè resignat n. 96. seq.
Non æqve Per Procuratorem totorum bonorum simpliciter talem. n. 98. seq.
Ubi specialis animi declaratio desideratur, ibi non sufficit mandatum generale. n. 100.
Quoties de singulari dominipræjudicio agitur, toties specialis animi declaratio desideratur. n. 101.
An Dominus per Procuratorem totorum bonorum cum liberâ resignare possit, qværitur. n. 102.
Affirmantium rationes exhibet. n. 103.

*Quoties quis mandatum cum libera habet, toties omnia illa expedire potest, quæ speciale ceteroquin mandatum requirunt.* - *n.* 104.
*Negantium rationes exhibet.* - *n.*105. *seq.*
*Respondetur ad Affirmantium rationes.* - *n.*106.
*Regula tradita n.* 104. *limitatur: Nisi agatur de magno Domini præjuditio.* - *n.*107.
*Negantium sententiam approbavit Praxis Saxonica.* *n.*108.
*Affirmantium tamen ceu juri veriorem nos amplectimur.* *n.*109.
*In Praxi tamen & extra Saxoniam præferendam esse Negativam concedimus.* *n.*110.
*Ceu æquiorum.* *n.* 111
*Ultra illa, quæ ipse dominus facturus fuisset, non extendendus tenor mandati generalis, etiam cum liberâ.* - *n.*112.
*Desideratur in* Resignatione judiciali *potissimum Competentia judicis ratione* rei & causæ.
*In* Resignatione *rei* allodialis *judex competens est, judex* rei sitæ. *n.*114.
*In* Resignatione *rei* feudalis, *feudi dominus.* - *n.*115.
*Nisi super* Resignatione *inter Dominum & Vasallum lis sit, quo casu Pares Curiæ judices sunt competentes.* - *n.*116.
*Jure Saxonico ad* Resignationem judicialem *omnibus numeris absolvendam tria requiruntur.* (1.) Judicialis Resignatio *& abdicatio.* Die Auffassung (2.) *Judicialis traditio.* Die Uebergebung. (3.) *Judicialis investitura.* Die Anweisung und Belehnung. - *n.*118. *seqq.*
*Alterutro omisso pleno jure non procedit alienatio.* *n.*121. *seq.*
*Jure Lubecensi sufficit judicialis cessio* die Gerichtliche Verlassung vor dehm sitzenden Raht (2.) *Inscriptio in Librum publicum.* Die Einschreibung in der Stadt Erb-Buch. *n.* 124. *seq.*
*Quæ ultima vice Investituræ fungi videtur.* - *n.*123. & 125.
*Dividitur* Resignatio (1.) *in* Judicialem & Extra judicialem. *n.* 126.
*Quæ ultima tamen hujus loci non est.* - *n.* 127.
(2.) *In* Expressam & Tacitam. *n.*124.
*Illa subdividitur in* Oralem, & Litteralem. - *n.* 132. & 133.
(3.) *In* Necessariam & Voluntariam. - - *n.* 134.
(4.) *In* Perpetuam & Temporalem - - *n.* 136.
(5.) *In* Puram & Conditionlé. *n.*136.
*Hæc subdividitur in* Suspensivam & Resolutivam. - *n.*136.
*Originem* Resignationis *alii veteri Quiritium juri adscribunt.* - - *n.*137.

Cui

*Cui tamen* formaliter *accepta parum convenit.* - *n.*137.
*Fluxisse verò videtur ex Jure Saxonico, indeque ad Jus Lub. permanasse* - *n.*136.
*Jus Lub. maximam partem ex Jure Saxonico desumtum est.* - *n.* 141.
*Et proximè inde interpretationem petit.* - - *n.* 142.
Resignatio *in Batavia.* - *n* 143.
*Flandria, Geldria.* - *n* 144.
*Aliisque Germaniæ locis Hodie frequentatur.* - *n.ult.*

§. 1.

COnventionum penè omnium, qui contrahentes ligat, nexum, socialem Gentium introduxisse consensum, communi juxta utilitate ac necessitate subnixum, sanâ edoctus ratione ac temporum usu jam olim agnovit JCtus Hermogenianus *Lib.*1. *Jur. Epitom.* Cujus multis post annis Imperiali splendore illustratâ sententiam exhibet Divus Justinianus in *L.* 5. *ff. de J. & J.* indeq; desumto §. 2. *. de J.* 1.

*N G. &C.* At verò firmiter obligandi rationem, efficacem inter cives parituram actionem, rerumq; dominia validè in accipientem transferendi modum, sedula Legislatorum excogitavit solertia. Didac Cavarruv. *in c Quamvis De Pact. in* 6. Gabriel. Vasquez. *Opusc. moral. De Testam. c.*3. *Dub.* 1. *n.*11 Martin. Bonacin *Theol. & J. U. D. Theol. Moral. Tract De Restit. & Contract. Disp.*3. *qu* 1. *punct* 1. *n.*3. qui desultatoriis non minus levitatibus qvàm callidis hominum machinationibus obviam iturî, publicæ Utilitatis, ad quam, ceu finem jurisprudentiæ ultimum omnes Leges collimant, quamque intendunt unicè, quorum sedula vel circa ferendas vel applicandas vel exequendas leges opera desudat, Stryck. *in Diss. de Salut. Publ. Prooem. n.* 5. habitâ ratione, non in actibus ultimarum duntaxat voluntatum testantium liberum jure Gentium arbitrium certis solennitatum regulis inclusêre, sed & inter vivos rerum suarum in alios transferentium voluntatem Civitatum placitis limitarunt. 2. 3. 4.

§. 2. Cujus sicuti rei varia in jure Romano passim prostant 5.

proſtant exempla, ita ſequentia ſubinde quoque tempora, æmulâ ſolertiâ Romanorum erga Cives ſuos laudabilem curam adæquare cupientia, in variis juris articulis, interque illos præprimis in alienationis negotio, non cuicunque, nec quomodocunque, de rebus diſponendi ſuis liberum reliquêre arbitrium, quin illud potius ſaluberrimis certorum locorum Statutis juri Gentium, imò & Romano non plenè cognitis, providentiſſimè coarctarunt.

6. §. 3. Quorſum Moribus ac ſtatutis benè multorum locorum circa rerum immobilium alienationem ſalubriter introducta ac approbatâ Judicialis Reſignatio vulgò die Auffaſſung vor Gericht & *alibi*: Die Verlaſſung zu Stadt-Buch-Schrifft jure ſanè optimo refertur.

7. §. 4. Sicuti enim extra omnem controverſiæ aleam poſitum eſſe remur, res immobiles alienaturum non aliter pleno jus circa illas ſuum in accipientem jure transferre ac derivare valere, niſi *actis intervenientibus ſolenniter dominium ſuum reſignaverit*, id qvidem ex communi Gentium placito, qvibus ſim-
8. plicitas magè, qvàm ſcrupuloſa alienationis ſolennitas amica
9. eſt, haud fluere; ita nec juris Romani hunc alienandi modum
10. per omnia convenire regulis, veterem licet mancipandi ſolennitatem, Romæ olim tantoperè commendatam, ferè redolere, aut certè non multis ab eâdem paraſangis differre videatur. Magnific. Mev. *ad Jus Lub. Lib 3 Tit. 6. a. t. n. 2.* nemo non, cui limitatiorem nobiſcum utriusq; collationem inſtituere volupe eſt, ipſâ rerum evidentia victus ingenuè fatebitur.

11. §. 5. Nec tamen inde nullâ hanc Reſignationis ſolennitatem ſuffulciri aut æqvitate aut civium utilitate opinari fas eſt.

12. §. 6. Qvemadmodum enim, qvæ olim Romæ libripende & qvinq; teſtibus præſentibus certis verbis expediebatur rerum ſolennis mancipatio, qvâ de vid. Ulpian. *Inſt. Tit. 19.* Paul. *2. ſent. Tit. 17. &* Bœt. *in Topic. Cic. juncto. §. 1. J. de Teſt. Ord.* primam ſapit æqvitatis regulam, humanam inconſtantiam arctiori obligationis nexu ad conventionis obſervantiam cum maximo
13. Reipublicæ commodo adſtringentem; Ita, qvò certius de contrahentium conſtaret voluntate, qvòqve validus ad illa, qvæ

ſemel

semel placuerunt, bona fide custodienda, obligarentur cives, è commodo Reipublicæ visum fuit, alienationes qvarundam rerum jure civitatis non aliter ratas habere, qvàm actis intervenientibus alienaturus pleno jure dominium rei suæ solenniter resignaverit.

§. 7. Hâc qvippe viâ, qvâ contractus, actus ac Civium conventiones publicis inseruntur & ut barbarè loqvamur, insrossantur actis earumq; fide ac sanctimoniâ defenduntur, non solum major certitudo fidei ac constantiæ indè illis conciliatur, ut eò minus dissertationibus obnoxii sint, qvò magis *judicialis* istius modi *Resignatio* iis nititur documentis, qvæ fide ac jure digna ex authoritate publicâ censere decet, sed & firmum finiendæ ac muniendæ litigiorum amplitudinis præsidium cautè qværitur: Ut jam saltim summo tangamus digito, ex hâc præterea solennitate ipsum Publicum majorem ac evidentiorem sibi comparare certitudinem posse, onera patrimonialia certis immobilium possessoribus imperandi. Mev. *ad Jt. Lub. L. 3. Tit. 6. a. 1. n. 15.* 14. 15. 16. 17.

§. 8. Hanc ergo utilem non minùs, qvam æqvam hodiernam *Resignationis* solennitatem pleniori tractatione admonitum JCti Pauli *in L. 25. pr. ff. De Liber. leg.* & exemplum Ulpiani *L. 1. ff. De susp. tut.* exsecuturi, ne τῆς ὑσπεολογίας argui jure possimus, anteqvam ad describendam *Resignationis Judicialis* indolem, ejusqve deducendam originem prolabamur, disputantium inhærentes regulis de Etymologiâ, Homonymiâ, & Synonymia *Resignationis* pauca pro meliori Rubricæ intellectu præfabimur. 18.

§. 9. Acceptum autem fert natales suos *Resignatio* verbo *SIGNARE*, quod idem est, ac signo notare, & præpositioni RE. quæ inter varias, quas post alios fusius exponunt. *Faber in Thesaur. h. voce & Martin. in Lex. Philolog. eâdem.* significationes verbo juncta, ejus, quo cum componitur, sensum planè contrarium infert, ut hinc *RESIGNARE* idem propriè sit, ac signatum aperirè. *Vid. Martin. d. l.* & Calvin. *Lex. part. RE.* 19.

§. 10. Non eadem verò hujus verbi apud Philologos & JCtos ubique est acceptio. (1.) Enim *Resignare* tàm extra fori 20.

usum, quàm in jure nostro: *Fideliter obsignata iterum aperire ac solvere* significat. v. g. Resignare Epistolam, einen Brieff auff brechen oder eröffnen. Qualiter Publica authoritate obsignata,
21. non nisi Publica authoritate, *resignare* fas est: Unde illud: Es stehet niemand frey/ des Gerichts Siegel eigenmächtiger weise zu brechen: Quo
22. itidem in sensu planè nativo & proprio, miles §. 4. *J. De milit. testam.*
23. testamentũ ante militiam non jure conditum dicitur *resignare* i. e. signatum aperire, & testamenta solenniter *resignanda* esse docemur. *t. t. ff. Quemad. test. aper.* Brunn. *d. t.* jung. *L. 6. ff. eod. L.*
24. 23. *ff. Qui test. fac. possint.* quorsùm quoque pertinet. *L. 1. §. 36. ff. De posit.* Ubi alter coheredum partem depositæ pecuniæ repetens *resignari* sigillum sacculo impressum urget. *Conf. Disp.* Bartoldi *P. P. Francofurt. De Signata Chartâ. c. 1. p. 17.* (2.) Apud *Festum* τὸ *Resignare* idem denotare ac *rescribere*, autor est *Eilhard.*
26. *Lubinus in Antiquario suo, hoc verbo.* (3.) Eo etiam accipi sensu, ut idem significet, ac per signa loquenti signis respondere. Mit einander durch Minen reden/ notavit ex Cæsario Heysterb. *L. 8. c. 96.* Carl du Fresne in *Glossario ad Script. med. & infim. Latin. Voce Resignare. Unde forsan*, Die Minen Sprache. *(4.)* Apud Classicos Authores τὸ *Resignare* sæpe etiam idem denotat ac *abrogare* & *irritum facere*: Sublatis enim sigillis fides atque authoritas tabularum solvitur. Huc pertinet locus Ciceronis pro *Archiâ. c. 5. pr. Nam cum Appii tabulæ negligentius asservatæ dicerentur, Gabinii, quam diu incolumis fuit, levitas, post damnationem calamitas, omnem tabularum fidem* resignasset. & Flori. *L. 4. c. 7. Brutus, cum in Cassio etiam suum animum perdidisset, ne quid ex Constituti fide* resignaret, *ipse quoque uni Comitum suorum præbuit latus*
27. (5.) Apud JCtos idem etiam denotat ac *denunciare*, & *ulteriori ex contractu nexui renunciare*. vulgò. loß kündigen, Vid. Mev. *P. 1 Dec. 73.* & *P. 3. Dec. 144.* Unde passim in mutuo sub annuis usuris absque temporis determinatione concesso, Creditorem nolentem por-
29. rò fœnori expositam esse pecuniam, commodo ante solutio-
30. nem tempore *resignare* oportere tradunt JCti. Hinc instrumentis super mutuo confectis hanc inseri clausulam utile esse docet Magnific. Stryk. *in Tr. de Caut. Sect. 2. C. 1. §. 18.* Solte auch dem Gläubiger nicht belieben/ dieses Capital ferner dergestalt Zienßbahr stehen

zulassen

zulassen/ oder dehm Debitori nicht gefallen dasselbe länger zubehalten/ so
soll einer dehm andern solches Capital ein halb Jahr vorher resigniren
und aufkündigen Sic & in casu locatarum indefinitè operarum, 31.
nemini integrum esse è famulitio discedere, nisi justo *resignaverit* tempore: Wo er nicht zur rechter Zeit seinen Herren den Dienst
auffgekündiget hatt. docet Mev. P. 2. *Dec.* 381. *per tot.* Pariter nec 32.
Jure Lubecensi Locatori conductorem ex ædibus conductis
expellendi facultatem concedi, nisi in domo Majore ante se
mestre spacium Conductori facta sit *Resignatio* discere est ex
Jure Lubec. *L.* 3. *Tit.* 8. *art.* 2. Quâ quoque ratione prædium sub 33.
pacto antichretico oppignoratum reluiturũ *resignationem* justo
tempore præmittere oportere asserit Stryk. *dic. Tr. de Caut. Sect.*
2. *C.* 4. *p.* 204. (6.) JCtis idem præterea significat ac *abdicare & reddere* qvaliter accipitur in *Resignatione Officiorum*, tam Ecclesiasticorũ, 34.
de qvâ vid. Brunn. *ad Jus Eccles. L.* 2. *c.* 4. §. 14. *inibi*, Stryk. qvàm
secularium ac civilium, vulgò Vom Dienst abdancken *Vid.* Mev.
*P.* 7. *Dec.* 333. *n.* 2. Flamin. Paris. *Tract. De Resign. Benef. L.* 1. *Quæst.* 1.
*n.* 34. & Petrus Gregor. Tholosan. *Syntag. Lib.* 17. *c.* 18. Ubi: An 35.
Resignatio â Cessione, Renunciatione & Ejuratione beneficii,
qvæ sœpius confundi notat *Paris d. l.* differat, doctè demonstrat.
(7.) Aliqvando jus, qvod propriè vendi neqvit, si tamen accepto 36.
pretio in aliũ transferatur, civili termino *resignari* à Nostratibus
dicitur. Sic Canonicatus & Præbendæ, non qvidem vendi, pro 37.
pretio tamen moribus *resignari* solent. Vid. Ann. Robert. *Rer.*
*judic. L.* 1. *c.* 7. Flam. Paris. *De Resignatione Simoniacâ L.* 14. *quæst.* 1.
*seq.* jung. Excell. Stryk. *Tract. De Success. ab intestat. Diss.* 11. *c.* 3. *n.* 5.
(8.) Tandem idem denotat, ac *cedere*: quo in sensu hoc verbo 38.
utitur Horatius *L.* 3. *Od.* 29. *v.* 13.

*Si celeres qvatit (fortunæ)*
*Pennas*, resigno, *qvæ dedit*

& *Lib.* 1. *Epist.* 7. *v.* 34.

*Hac ego si compellar imagine, cuncta resigno.*

Cujus locutionis rationem inde petitam esse docet Buchn. *in Lex.* 39.
& Faber. *h. verbo.* qvod veteres, si qvid rerum parassent, condere
id, atq; obsignare soliti fuerint, ne qvid aut negligentia, aut fur-
to periret: Qvo cum uti vellent, illud ideò *resignari* dixerunt,

qvod redderetur, *sive ejus usus jam alij concederetur ac aperiretur*;

40. Qvæ ultima notatio Rubro Disputationis nostræ apprimè convenit, utpote qvo-in *Resignatio* denotat cessionem ac abdicationem juris ac proprietatis, alio nomine, *Remissionem*, & non

41. nullis *Refutationem* ac *Mancipationem* dictam, vulgò. die Auffassung/ Auffgebung/ Ubergab/ Verlaß oder Verzicht.

42. §. 11. Vox altra *JUDICIALIS* Nigro præmissa, qvanqvam ceteroqvin omnem actum, tam in judicio, qvam extra illud, interveniente modò Magistratus authoritate gestum haud infreqventer in jure nostro complectatur, cum ibi acta esse vide-

43. antur, ubi aliqvid judicali fit authoritate. Wesembec. *ff. Tit. Qui test. fac. possint. n.* 10. Reusner. *Tract. de Testam. V.* 2. *P.* 4. *c.* 19. Carpz.

44. *P.* 3. *C.* 3. *D.* 6. Richter. *P.* 1. *Dec.* 30. hîc tamen in Rubro, nec non in totâ Disputatione strictius accepta solum denotat actum *in loco Judicij* vor dem sitzenden Raht· vid. *Jur. Lub. L.* 3. *Tit.* 6. *art.* 2. expeditum, cum de resignatione extrajudiciali, pleno effectu proprietatem in accipientem transferre haud valente nulli simus solliciti, sed *de judiciali* duntaxat, *Resignatione*, qvæ accipientem protenus dominum efficit, his agere pagellis animus sit.

45. §. 12. Qvam cum Excellentissimo Strykio *in Tract. De Success. ab intestat. Diss.* 6. *c.* 4. *th. ult.* hisce prælibatis ita describimus: QVOD SIT ACTUS JUDICIALIS, QVO REM IMMOBILEM ALIENATURUS, JURI SUÔ CORAM COMPETENTE JUDICE RENUNCIAT, REMQVE PLENO JURE ACTIS INTERVENIENTIBUS PRÆVIA INVESTITURA IN ACCIPIENTEM TRANSFERT.

46. §. 13. Posuimus (1.) Generis loco *ACTUM*, eò, qvod Resignatio judicialis non ubiqve uniformiter expediatur, statutis Moribusqve locorum diversis, modò hanc, modò aliam so-

47. lennitatis observantiam hic reqvirentibus; Hujuscemodi verò negotiis, quæ ita variè perficiuntur, atq; qvorum non ubiqve eadem forma esse noscitur, omnium commodissimè accomodari vocem *Actus*, cuncta comprehendentem, qvæ qvovis aguntur modò docet JCtus Ulpianus *in L.* 19. *ff. de V. S. & L.* 41. *ff. de V. O.* Hahn. *ad Wes. Parat. ff. Tit. De Donat. n.* 2. Struvius *S. J. C. Ex.* 40. *th.* 1. Cont. *L.* 1. *Disp. Jur. Civ. c.* 12. Scheckius *in Deliber. Jur. Disp.* 8. *th.* 5.

48. §. 14. Voci *Actus* junximus in Definitione nomen *Ju-*

*Di-*

DICIALIS. Non duntaxat ob rationem §. 11. expoſitam, ſcilicet, qvod in præſentiarum de extra judiciali Reſignatione agere animo non ſedeat ſententia; Sed & qvod neq; Jure Saxonico valeat extrajudicialis rerum immobilium alienatio & Reſignatio. 49.
*art. 60. in fin.* Weichbild Carpzov. P. 2. *C.* 39. *D.* 35. *& L.* 1. *Reſp.* 102. *n.* 8. *nec non Dec.* 127. P. 2. *n.* 12. *ſeqq.* Coler. *De Proceſſ. Execut.* P. 1. *c.* 10. *n.* 199. *& P.* 1. *Dec.* 16. *n.* 2. Dan. Möller. *ad Conſtit. Electoral.* 23. *ibiq;* Reinhold. Roſa. P. 2. *n.* 16. Neqve jure Lubecenſi iſtiusmodi 50.
ratæ ac firmæ ſint rerum immobilium nundinationes, niſi coram Senatu fiat Reſignatio. *Vid. Jus Lubec. lib.* 3. *Tit.* 6. *art.* 1. *verbis:* Muß dieſelbe für dehm Raht verlaſſen werden inibiq; JCtiſſimus Mevius. Præprimis autem, qvod ratio introductæ *Reſignationis* 51.
*judicialis* potiſſimum ſe fundet in judicii actorumq; fide, qvodqve Magiſtratui inde noſſe liceat, qvi bona alienant, nec non 52.
qvæ alienantur bona, qviqve eadem ſibi acqvirere diſcupiunt, qvò, ſi parum expediat, vel ſtatutis adverſetur alienatio, maturè eandem impedire valeat. *Vid. Jus Lubec.* L. 1. *Tit.* 2. *art.* 5. & Mev. *ad J.* L. *Tit.* 6. *Lib.* 3. *art.* 1. *n.* 5. qvâ de re infra pluribus agendi dabitur locus.

§. 18. Cujus occaſione haud impertinenter hic quæritur: *Cum in judicio Reſignationem expedire oporteat, An ergo hæc ſit actus voluntariæ, an verò contentioſæ juriſdictionis?* Et quanquam 53.
prima facie videri poſſit, non ineptè *Reſignationem* Voluntariæ Juriſdictionis adſcribi Actibus, eò, quod Reſignatio â *volente* & in hoc reſignationis negotium *conſentiente ſolennitatis* 54.
ac *authoritatis* cauſſâ expediatur; Voluntaria autem juriſdictio â JCtis deſcribatur, quæ in volentes & de negotio certo conſentientes ſolennitatis & authoritatis cauſa exercetur Vid. Frantzk. *Tit. ff. de Idiot. n.* 7. Strauch. *Diſſ.* 20. *aphoriſm.* 1. & Lauterbach. in *Comm. Mai. ff. ad Tit. de Jurid.* Verior tamen 55.
hâc non obſtante ratione, contraria eſt ſententia, ſcilicet Reſignationem judicialem eſſe actum *Contentioſæ juriſdictionis* (1.) Quod ille actus rectè dicatur contentioſæ eſſe juriſdictionis 56.
in quo Magiſtratus duarum partium litigantium jura perpendit *& cauſſâ cognitâ* jus dicit. *Struv. S. I. C. Ex.* 4. *th.* 70. inque *invitum* reddit judicium, Bernhard. Sutholt. *Diſſert. elegant. de Juriſdict. n.* 326.

*n.* 326. Sträuch. *d.l.* seu, qui actus imperari potest. *Sutholt. d.l. in*
57. *fin.* Atqui *Resignationem judicialem* causſæ cognitionem præcedere debere, venditoremque *invitum* perfectâ emtione ad *resignandum* hancque tradendi solennitatem præcisè actione emti cogi posse, eò minus dubium est, quò certius liquet non *unicuique*, nec *quomodcunque* resignare, neqve rei *cujuscunque* aut
58. in *quemcunque* resignando dominium transferre licere: Imò quò firmioribus juris principiis hanc niti credimus sententiam, quæ venditorem perfectâ emtione invitum præcisè ad tradendi necessitatem obligat §. 2. *J. de Donat. L. Ex empto.* 11. §. 2. *ff. de Act. emt. inibique* Brunnem. *& L. 46. ff. eod.* Harprecht. §. 2. *J. de Donat. n.* 132. Gomez. *Var. Resol. Tom.* 2. *c.* 10. *n.* 22. Bachov *ad Treult. Vol.* 1. *Disp.* 28. *Tit. C.* Mynsinger. *Cap.* 4. *Obs.* 51. *n.* 5. qualiter respondit Amplissima Facultas Viadrina *Mens. Febr. Anno* 1681. in Casu donatarum rerum immobilium, sed præmaturâ donantis morte interveniente, nondum judicialiter resignatarum.
59. (2.) Quod Resignare *per supra tradita*, non nisi *in judicio* liceat bona, cum tamen actus voluntariæ jurisdictionis solennitatem loci haud desiderent. Brunnem. *Exercit. Inst.* 1. *Tit.* 5. §. 2 Ddres *ad* L. 2. *ff. De Offic. Pro Cons.* Vinnius & Ludvvell. *§. 2. J. de Libertin.* (3.) Quod Resignatio nonnisi coram competente judice
60. fieri possit, per ea, quæ jàm jàm dicentur, cum contra actus voluntariæ jurisdictionis etiam extra territorium jus dicentis
61. exerceri possint, nec competentiam judicis ratione rei & personæ desiderent. Jason. *in L. fin. de Jurisdict. n.* 6. inibique Duarenus. jung. Covarruv. *L.* 3. *Resolut. c.* 20. *n* 8. & Knichen. *De Sublim. territ. jur. c.* 1. *n.* 334. (4) Quod nec *die feriato* expedire resigna-
62. 63. tionem liceat, cum tamen actus voluntariæ jurisdictionis temporis solennitati non sint obnoxii Vid. Pommeresch. *ad §.* 2. *J. de Libertin.* inibique Vinn. Brunnem. *& Dd. Communiter.* Quibus addi potest (5.) Quod Actus voluntariæ jurisdictionis regulariter in propriâ causâ â judice absque nullitatis periculo rectè expediantur. *Vid. L.* 3. *& 4. ff. De Adopt.* Eckhold. ad *Tit. ff. de*
64. 65. *J. & J. n.* 7. *inibique* Schwendendorff. quod in nostrâ resignatione haud procedit.
66. §. 15. Nec obstat dictis *supra n.* 53. *& 54.* allata dubitandi Ratio.

Re-

Respondendum enim est. (1.) Actum voluntariæ jurisdictionis malè inde judicari, quod Judex *in volentes* aliquando jurisdictionem exerceat, sicque ex liberâ voluntate venditoris nullâ 67.
prævia emtoris actione sæpè resignatio in judicio fiat; cum, præterquam quod venditor emtione perfectâ non ex absolutè liberâ voluntate, quin potius ex necessitate juris & contractus *arg.* L. 1. *ff. De O. & A.* L. 108. *ff. de V. S.* L. 3. §. 1. *ff. De V. O.* L. 21. *in fin. C. de C. E.* L. 22. §. 11. *ff. Mandat* L. 5. *C. de O. & A.* inibique Brunnem. & Barbosa. jung. Stryk. *ad J. Tit. De Empt.* ad resignandum procedat, potissimum hîc dispiciendum sit: an non *ratione essentiæ* 68.
*suæ*, licet non semper *ratione existentiæ* Resignationis actus ita comparatus sit, ut judex resignationem invito motâ ab emtore actione, imperare venditori possit: Qualiter cum utique se habeat resignationis solennitas, non magis aptè inde desitura est annumerari actibus contentiosæ jurisdictionis, quod actu se- 69.
cundo venditor non resignet *invitus*, quam actio Legis Aquiliæ id propter desinet pœnalis esse, quod hoc casu, quo rei æstimatio illo non crevit anno, pœnalis non existat. Vid. Stryk. §. *9. ff. Ad L. Aquil.* & Hoppius *Exam. Inst. h. t. quæst.* 17. Sufficit ergo. 70.
*aptitudinaliter* ex natura resignationis in invitum jus reddi posse, *actualiter* licet non semper invito hic actus imperetur. (2.) 71.
Respondendum est: Infeliciter inde, voluntariæ jurisdictionis actum esse inferri, qvod apud Magistratum *solennitatis* saltem & *authoritatis* caussa peragatur. Nisi enim *totus* actus ab 72.
authoritate Legis ac Magistratus dependeat, parum tutum esse, illum protenus voluntariæ jurisdictioni accensere, erudité omnino evictum ivit JCtissimus Struvius. *S. 3. C. Ex.* 4. *th.* 71. Obrecht. *Tract. De jurisdict. c.* 9. *n.* 8. & 14. Quare, cum ex ne- 73.
cessitate prævii contractus & conventionis dependeat Resignationis solennitas, ipsam inde nascituram obligationem ex civitatis jure firmatura, nec citra præviam contrahentium con- 74.
ventionem quicquam sola operetur, sicuti & absque illâ conventio tamen valida est & suô modo perfecta, sanè inde actibus voluntariæ jurisdictionis annumerari neutiquam merebitur. Interim tamen illis protervè haud refragabimur, qui Re- 76.
signationem negotiaqve alia similia, quibus Magistratus authoritas & confirmatio eum in finem accedit, ut publicâ nitantur

ac

ac sustineantur fide, affinia esse voluntariæ jurisdictioni asserere sustinent. Vid. Struv. *d. l. th.* 72. & *Ex.* 33. *th.* 9. Scip. Gentil. *Lib.* 1. *c.* 10. Hilliger ad Donell. L. 17. *c.* 8. *Lit. ll.* Obrecht. *d.* L. 1. *C. 9. n.* 16. & Vinn. *Tract. De Jurisdict. c.* 6. *n.* 6

77. §. 16. Diximus (3.) Qvo REM. Ut eo ipso tacitè innueremus, præsentem hanc nostram circa *Resignationem Jurium & Privilegiorum* v.gr. SCti Vellejani, Macedoniani, Excussionis, Divisionis, &c. operam haud occupari.

78. §. 17. Addidimus (4.) IMMOBILEM. Neqve enim jure Saxonico aut Lubecensi, ut *rerum mobilium* pleno jure in accipientem transeat dominium, in hisce *Resignationem* desiderari *judicialem* reperire est; qvin extrajudicialem cum justo, eoq; habili ad transferendum rerum mobilium dominium titulo sufficere traditionem qvotidianâ retrò judicatorum observantiâ
79. erudimur. Neqve dubitamus asserere, statuto effici haud posse, ne sine præviâ *judiciali resignatione* res mobiles alienare fas sit.
80. Tantum enim abesset istiusmodi civitatis placitum civium ac Reip. promovere commodum posse, ut potius commerciorum utilitati, qvæ non parum publico conducit bono, Vid. *Instr.*
81. *Pac. art.* 9. maximo sit impedimento futurum. Quem enim fugit, commerciorum utilitatem omnis omninò moræ impatientissimam, in qvarumcunq; , sæpè minimarum rerum nundinationibus judicis demum præstolari jussum aut ratihabitionem haud permissuram; qvibus maximus sanè hoc pacto poneretur obex, si venditurus res suas actis intervenientibus solenniter
82. dominium resignare necessitatis Lege adstringeretur. Ut taceamus, cum freqventiores rerum mobilium qvam immobilium sint licitationes ac alienationes, qvotidiano victui atq; amictui nunqvam non inservientium, nec judicem omnium implorationibus, nec Tabellarium publicum omnium negotiorum insinuationibus suffecturum, neq; Rempublicam unquam litibus, qvibus omnem præscindi ansam, ejus tamen maximopere salus efflagitat, scarituram esse. Confer. Mev. *ad J. Lub.* L. 3. *Tit.* 6. *a.* 1. *n.* 6.

83. §. 18. Usi sumus in describendâ Resignatione (5.) verbo *ALIENANDI*, non qvidē in *generalissimâ sui acceptione*, quâ rei, juris,

ris, imò possessionis translationem & constitutionem ambitu suo complectitur *per* L. *fin. C. De reb. alien. non alien. inibit.* & *Brunnem.* Ut hoc sensu prohibitâ alienatione regulariter, exceptis pœnalibus & odiosis. Salyc. & Castr. *n. 2. ad d.* L. Neguzanz. *De Pign. P. 2. Membr. 3. n. 73.* Fusarius *Tr. De Substit. qu. 730. n. 3.* Guttierez. P. 2. *pr. qu. 115. n. 2.* etiam prohibitus censeatur omnis actus, quo res à nobis ad alium transire potest. Giphan. *ad L. 11. ff. de A. R. D.* Wissenbach. *ad L. 265. ff. de V. S.* Cum, quicquid 85. prohibitum est in termino, etiam prohibitum sit in viâ. Stryk. *Vol. 1. Disp. 2. c. 5. n. 21.* Perez. *ad Tit. C. De reb. alien. n. 7.* Neque 86. tamen *in strictissima sui notatione*, quâ ad solam restringitur venditionem, L. 3. *& t. t. C. De Prad. Decur. sine Decreto non alien. Lib. X.* Scipio Gentil. *Tract. De Donat. inter V. & U. 3. c. 13.* Franzk. *De Laudem. c. 14. n. 6.* Rebhan. *Hodoget. jur. Chart. 2. Clim. 2. n. 35.* Sed *in mediâ significatione*, ut quidem omnem caussam inter vi- 87. vos dominii translativam, tam lucrativam, quàm onerosam sinu suo foveat (quo in sensu frequentissimè hoc verbum in jure occurrit. Scipio Gentil. *Tract. De Secund. Nupt. c. 2.* Grivel. *Decis. Dolan. 22. n. 49.* Brunn. *ad L. fin. C. De reb. alien. &c.* Tabor. *Tract. De alien. quæ in mutuo. c. 8. p. 395.*) pignoris autem aliusque 88. juris in re constitutionem exulare hîc faciat. Ut ut enim ad 89. hypothecas etiam immobilium validè constituendas publicam actorum fidem die Stad-Buch-Schrifft adhiberi conveniat, *Jus Lubec. L. 3. Tit. 6. a. 1. & Constit. Sax. 23. P. 2. Resignatio* tamen *judicialis* hîc frustra desiderabitur, utpote quæ translationem dominii die übertragung deß Eigenthums nach gerichtlicher Auffassung/ unicè intendit, quod tamen, cum per pignoris constitutionem ex intentione Debitoris in Creditorem abiturum non sit, nec *resignari* poterit.

§. 19. Excipiunt verbum alienandi (6.) in descriptione Resignationis, verba: JURI SUO *renunciat.* Ubi per *Jus* resig- 90. nantis intelligimus, non duntaxat *Plenam Proprietatem conjunctam cum usufructu causali*, sed & *Minus plenam Proprietatem* nimium delicatulis, *jus dominio proximum*, rectius tamen hodiè termino etiam Legali *Utile Dominium* dictam, plenissimum usum fructū cum potestate rem ipsam vindicandi continentem.

91. Eckholt. Tit. *ff. de A.R.D.* §.6. Posse enim, imò debere Vasallum, Emphyteutam omnemque illum, in quem utile dominium translatum est, illis casibus, quibus feudûm, emphyteusin &c. validè alienare possunt, judicialiter juri suo renunciare, illudque
92. solenniter *resignare*, infra pluribus exponemus. Neqve quoad hanc *resignandi* solennitatem qvicquam interesse credimus, rei
93. pro parte Dominus sit, an totius. Quicqid enim juris est in toto, quà toto, illud & in qualibet totius parte juris esse debere indubium est. Nèc *Fictum*, quod bona fides tribuit, domini-
94. um L. 136. *ff. de V. S.* hìc *voce juris* excluditur. Bonæ fidei enim æquè possessorem ex prævio justo titulo in b. f. accipientem rei non vitiosæ mediante Lege posse resignando transferre usucapiendi conditionem, ceu gradum dominio proximum, quàm verûm Dominum rei suæ proprietatem, eò minus asserere ambigimus, quo clarius hunc bonæ fidei effectum tribuit Imperator Justinianus in *§. 5. J. Per. quas. pers. cuique acquir.*

95. *An autem ipse dominus vel bonæ fidei possessor factâ rei alienatione judicialiter juri suo renunciare dominiumque* resignare *debeant, An verò & per* Procuratorum *actum* resignationis *expedire*
96. *possint*, apud omnes æquè expeditum non est? Illud quidem sine exceptione omnes facilè largiuntur, speciali â Domino instructum mandato utique *resignare* posse. *arg.* L. *11. §. ult. ff. de Pignor. Act.* L. *Restituta. 37. in fin. pr. ff. Ad SCtum Trebell.* L. *Fundi.*
97. *33. De A. vel* A. P. Non enim hîc de voluntate domini, volentis rem suam in alium transire, dubitare licet, cum quisque, quod per alium facit, ipse fecisse credatur. *L. 5. §. 3. ff. De adminis. tut.* Neque de hoc admodum ambigunt, quod universorum
98 bonorum administrator *simpliciter talis* neque alienare bona
99. Domini, neque resignare possit. Cum in hanc sententiam jam olim iviſse JCtum Modestinum, advertere sit ex responso, quod exstat *in L. 63. ff. De Procurat.* Cujus hæc sunt verba: Procurator *totorum bonorum*, cui res administrandæ mandatæ sunt, res domini neque mobiles, neque immobiles *sine speciali*
100 *Domini mandato alienare potest.* Nec optimâ hoc responsum
101. destituitur ratione: Ubî enim specialis animi declaratio desideratur, quæ toties exigitur, quoties de singulari Domini præ-

judicio

judicio agitur, Carpz. *in Proceſſ. Tit. 5. a. 2. n. 46. & Lib. 3. Reſp. 40. n. 15.* Jaſon. *ad. L. Jusjurandum 17. §. 3. n. 4. ff. De jurejur.* Stryck. *in Introduct. ad Praxin Forenſ. c. 10. §. 3.* juncto Hoppio. *ad Tit. J. De Mand.* ibi ſpeciale Domini mandatum requiritur, nec generale ſufficit. 102. Mev. P. 8. *Dec. 217. n. 2.* At verò: An idem in Procuratore univerſorum bonorum *cum libera* obtineat, de eo non eſt concors omnium ſententia? Qui hunc *reſignare* poſſe ſuſtinent, aſſerti fundamentum petunt ex §. 42. *J. de R. D.* & Reſponſo JCti Caji, quod 103 legere eſt in *L. 9. §. 4. ff. De A. R. D.* Unde deſumtus eſt *d. §. 42.* Ubi illum, cui *libera univerſorum bonorum adminiſtratio* permiſſa eſt, ſi ex his negotiis *rem vendiderit & tradiderit* (ſeu ut id moribus noſtris accommodemus: *judicialiter Dominium rei reſignaverit*) eandem accipientis facere, diſertis verbis erudimur. jung. *L. 58. ff. de Procurat.* Cui adſtipulatur decantatiſſima Practicorum Regula, qvam ex notabili *c. 4. X. De Procurat. in 6.* deſumptam exhibent & in judicando ſeqvuntur *Brunnem. ad L. 58. ff. De Procurat.* Covarruv. *L. 1. Reſolut. 6. n. 3.* Hilliger. *ad Donellum L. 4. c. 15. Lit. H. Scilicet* Qvoties qvis mandatum *cum libera* habet, toties ipſe omnia illa expedire poteſt, qvæ ſpeciale ceteroqvin mandatum reqvirerent. Iſtiusmodi enim mandatum ampliſſimam mandatario concedere facultatem, eaq; comprehendere, qvæ alioqvin non comprehenderentur, docent. Jaſon *in L. 1. n. 20. inibiq;* Ripa *n. 1. ff. De Legat. 1.* Roland. à Valle. *Vol. 3. Conſ. 17. n. 47.* Camill. Borell. *in Summar. Deciſ. Tit 66. n. 409.* Carpzov. *Lib. 3 Reſp. 6. n. 38.* Ab his verò qvi divortium faciunt, & negativæ patrocinantur 105 ſententiæ, ſupra allegatâ nituntur *L. 63. ff. de Procurator* & tam *ad. §. 42. J. R. D.* quàm *L. 9. §. 4. ff. De A. R. D.* & *L. 58. ff. De Procurat.* reſpondent: Hoſce, & ſi qui alii ſimiles ſunt, juris textus 106 intelligendos eſſe de caſu, ſi res domini tempore ſint perituræ aut morâ deteriores futuræ, vel ſi domini utilitas & admiſtrationis ratio rerum alienationem ſuaſura ſit. Vinn. *in Comm. Maj. ad §. 42. ff. d. t.* Donell. *Lib. 4. c. 15.* Franzk. *ff. Tit. De Procurat. n. 41. inibique allegatus* Bachov. *ad Treutl.* Ad Practicorum ve- 107 rò allatam regulam reponûnt: Illam ceſſare, quoties de magno Domini agitur præjudicio, ut hoc caſu. Finkeltaus *Obſ. 110.*

n. 20. Mozzius: *Tit. De Divis. Mandat. n. 55.* Conferatur Brunnem.
108. *ad L. 63. ff. De Procurat.* Quæ ſententia in foro Saxonico vide-
109. tur prævaluiſſe. Vid. Nicolai Proceſſ. P. 7. *cap.* 7. *n.* 27. Nos ta-
men in puncto juris priorem veriorem eſſe autumamus, licet
110. Negativam & extra Saxoniam in Praxi obtinere ambabus largi-
amur, nec eandem æquitate deſtitui ingenuè profiteamur.
111. Semper enim mandatô ut ut generali cum liberâ bonorum ad-
miniſtratori conceſſô, cum alienatio & reſignatio ſpeciale de-
ſiderent mandatum, adhuc incertum foret, an etiam ipſe Do-
minus res ſuas immobiles alienare voluiſſet, licet potuiſſet; Ultra
112. illa autem, quæ facturus fuiſſet Dominus ipſe, licentia & facul-
tas Procuratori etiam per mandatum cum liberâ non viderur
conceſſa. Confer. Stryk. *in Tr De Caut. in Contr. neceſſ. Sect.* 2,
*c.* 11, §. 4.

§. 20. Diximus (7.) Coram *Competente Judice*. Compe-
113. tentiam hîc potiſſimum deſideramus illam, quæ eſt *ratione Rei &
Cauſſæ*, non verô illam præcisè, quæ eſt *ratione Perſonæ*. Hinc
non ſemper idem hîc Judex competens eſt: Aut enim agitur
*De Reſignatione rei allodialis*, & tunc coram judice Rei ſitæ eam-
dem expediendam eſſe doctè demonſtrant. Matth. Coler. *Deciſ.*
16. *n.* 20. Daniel. Muller *ad Conſtit. Elect.* 23. Carpzov. P. 2. C. 39.
*D. ult. &* Lib. 1. *Reſp.* 202, *n.* 9. Richter. *De jur. & Priv. cred. Cap.* 2.
114. *Membr.* 2. Philipp. *Uſ. Pr. I. Eccl.* 20. L. 2. *n.* 4. Aut verô de Reſigna-
115. tione *Rei feudalis*: Quo caſu Dominum feudi competentem
eſſe judicem aſſerere non dubitamus arg. *textus.* 2. *F.* 22, *in fin.*
116. Niſi inter ipſum Seniorem & Vaſallum ſuper Reſignatione lis ſit.
Hoc enim caſu Pares Curiæ deſuper cognoſcere debere haud
obſcurè colligere datur ex *all. text* 2. *F.* 55. *in fin.* Confer. Struv.
*S. J. F. Cap* 16. *aph.* 19. Vinn. *Comm. Maj.* §. 41. *J. de R. D.*

§. 21. Ultimo tandem loco His verbis: Rem *pleno jure*
117. vel *Actis intervenientibus* vel *prævia inveſtiturâ* in accipientem
transfert. Partim ad effectum *Reſignationis*, quo de pluribus in-
fra *Cap. III.* diſpiciemus, partim ad differentiam *Reſignationis
ſolennis* & *Minus ſolennis* reſpeximus, Nec verba: *Actis inter-
venientibus vel prævia inveſtiturâ*, otioſa eſſe voluimus; benè gna-
118. ri Jure Saxonico rerum immobilium pleno effectu in accipi-
entem

entem haud transferri Dominium, nisi hæc tria conjunctim
obſerventur, (1.) Ut alienans *Judicialiter. reſignet.* Daß Er es 119.
gerichtlich verlaſſe *art.30.* L. 2. Landrecht. Rauchbar. *P. 1. qu.6. n.34.*
Frantzk. *De Laudem. cap. 5. n.54.* Modeſtin Piſtor. *Vol. 1. Conſil.64.*
(2.) Ut bona immobilia vendita Judicialiter tradat. Daß Er 120.
es gerichtlich übergebe. *art. 60. in fin.* Weichbild. Coler. *De Proceſſ*
*Exeut.* P.1. *c. 10. n. 199.* Carpzov. *Lib. 1. Reſp. 102. n.9.* (3.) Ut tam in 121.
bonis feudalibus, qvàm cenſiticis & emphyteuticis novi poſſeſ-
ſoris *inveſtitura* ſeqvatur. Daß er außdrücklich damit belehnet werde
Weichbild. *art.20. verſ.* Der Richter ſoll etc. Hinc *In veſtiturâ omiſſâ* 122
per ſolam *abdicationem judicialem* non magis rerum immobili-
um in novos poſſeſſores transferri dominium docent Coler. *d.*
*Tr. P.1. c.10. n.199.* Carpz. *d. Reſp. 102. in fin.* ac transire proprieta- 123.
tem quis falſò opinaretur, rebus immobilibus per inveſtitu-
ram judicialiter traditis & novo poſſeſſore aſſignatis, non
præcedente alienatoris Judiciali renunciatione ac Reſignatione 124.
Vid. *art. 30.* L. 2. Landrecht. & Carpzov. *P. 2. Decis. 127. n. 11.* Cum
autem Jure Lubecenſi Jnſcriptio in Librum civitatis publicum
Die Einſchreibung in der Stad. Erb. Buch locum inveſtituræ ſub-
intraſſe videatur, *Actorum* in Deſcriptione noſtra injecimus
mentionem. Conſtat enim hoc Jure *Reſignationis* ſolenni-
tem hiſce duabus abſolvi partibus (1.) Ceſſione ſeu Juris abdica
tione coram Senatu factâ. Der Gerichtlichen Verlaſſung vor dehm 125.
Sitzenden Raht. (2.) Jnſcriptione in librum publicum publicâ
fide expeditâ. Der Einſchreibung in der Stad Erbbuch *n. 1. & 2.*
*Lib. 3. Tit.6. jur. Lub. inibique* Mev. Quâ utrâque perfectâ, cum 126
celebrata *Reſignationis* ſolennitas omnibus numeris abſoluta di-
catur. Mev. *d. l.* inſcriptionem hanc vice Inveſtituræ fungi nul-
li dubitamus.

§. 22. Diſpeſci communiter *Reſignationem* à Doctori. 127.
bus advertimus in JUDICIALEM, quam alii SOLENNEM appellare ma-
lunt, & EXTRA JUDICIALEM aliis MINUS SOLENNEM dictam, quâ alie-
nans omiſſâ ſtatutorum ſolennitate jus ſuum *reſignat.* Quæ 128
cum hujus loci non ſit, nec iisdem cum judiciali gaudeat effe-
ctibus, in illius indole exponendâ multi non erimus, ſed ejus-
loco ſubſtituimus aliam, quâ Interpretes *Judicialem Reſignati-*
*onem*

129 *onem* partiuntur, in EXPRESSAM, quâ alienans dilucidè volunta-
130 tem *resignandi* declarat, & TACITAM, quæ ex facto *Resignantis*
abdicationem sui juris illativo voluntatem *resignandi* sistit:
131. Quorsum referunt Libellum Vasalli supplicem, quo feudo ex
prævio Domini & Agnatorum consensu vendito, accipientem
132. desuper investiri contendit. Illam subdividunt in ORALEM, quâ
ex nonnullorum Locorum Statutis resignans verbis *ore* prolatis
133. *resignandi* voluntatem declarare debet, & LITTERALEM, quâ sta-
tuto locali ad *resignationis* formam præsentiam *resignantis* vel
ejus Procuratoris haud desiderante, alienanti integrum est,
134. voluntatem *resignandi* per *Litteras* declarare. Hisce jungi-
mus (3.) Divisionem *Resignationis judicialis* in NECESSARIAM, quæ
ex præviâ necessitatis caussâ v g. Rei judicatæ, pignoris &c. pro-
134. cedit, & VOLUNTARIAM, quæ *ab initio* liberum resignantis præsup-
135. ponit non alienandi arbitrium. (4.) In TEMPORALEM ac PERPETU-
136 AM (5.) PURAM & CONDITIONALEM & hanc iterum in SUSPENSIVAM &
RESOLUTIVAM; Quæ singula, cum ex ipsis terminis nemini non ob-
via atque nota esse remur, hisce fusius evolvendis, ne mo-
dum migret Disputatio, diutius non immorabimur, binis ad-
huc verbis *Originem* judicialis Resignationis exposituri.

137. §. Ult. Hanc licet alii altius â Jure quidem Justinianeo,
imò antiquo Quiritium Jure repetere ac arcessere velint, &
â veteri mancipationis solennitate, non nisi vocis sono ac ex-
ternâ verborum figura discrepare, asserere satagant; Resi-
138. gnationem tamen *judicialem* formaliter consideratam speciem
Mancipationis haud esse, sed illi utiq; contradistingui, verius
139. putamus. Jure verò Saxonico eandem primitus adinventam
successuq; temporis ad Lubecensium Rempublicam, indeq; ad
alias Porussiæ, Pomeraniæ, Holsatiæ ac Megapolis civitates,
Jus Lubecense ex libero arbitiro sinu suo recipientes, trans-
latam esse, eo nixi fundamento asserimus, quod expresso Jure
140. Saxonico Landrecht *Lib. 1. art. 8. inibiq;* Zobell. *lit. B. & C.* Weich-
Bild. *art. 20. & Constit. Elect. Noviss. 61.* introducta sit. Coler. Pro-
cess. Execut. P. 2. *c. 10. n. 166. & P. 1. Dec. 16.* Rauchb. *qu. 6. n. 35.*
141. Mev. *Ad jus. Lub. Lib. 3. Tit. 6 art. 1. n. 5.* Et deinde Statutis Lube-
censibus, maximam partem ex Jure Saxonico desumtis. Mev.

*Ad Jus*

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn746169418/phys_0024
DFG

*Ad Jus Lub. qu. Prælim. 1. n. 56. & qu. 10. n. 31.* inq; dubio inde proximè lucem interpretationis fœnerantibus. *B. Cottmann.* Decis ac Gloria hujus Almæ Varniacæ. *Vol. 1. Consil 38. n. 21. seqq.* expressè repetita inveniatur. Vid. Lübschs-Stadt-Recht. L. 3. *Tit. 6. art. 1. 2, & 3. & L. 5. Tit. 6. art. 1.* Neque interim negamus aliis eandem Gentibus fuisse cognitam. Enim verò *Resignationem* & hodienum *Judicialem* frequentari apud Batavos. *art. 37. Ord. Polit. illius provinciæ,* quam allegat Vinnius. *in Comm. Maj ad §. 41. J. De R. D. n. 4. inibique all.* Grotius & Grœnweg. Nec non in Geldria, Frideric â Sande. *Ad Consuetud. Geldr. feud. Tr. 2. Tit. 2. c. 1.* Flandriâ. Nic. Burgund. *ad Consult. Flandr. Tr. 4. n. 12.* aliisque quam plurimis Germaniæ locis. Hartm. Pistor. *Obs. finul. 230. n. 1. gal. tamen Imperio* Germ. Muller. *Ad Const. Elect. 23. P. 2. n. 17.* abundè testantur. 142. 143. 144 145

# CAPUT SECUNDUM.

## Exhibens Subjectum Activum, Passivum, Objectum & Formam Resignationis Judicialis.


*Syllabum methodi in Cap. 2. exhibet.* - *n. 1.*

*Ratio methodi traditur* *n. 2.*

*Qui, & quatenus vel naturâ impediuntur vel Lege ac statuto prohibentur res immobiles alienare, hi, & eatenus impediuntur ac prohibentur* judicialiter. resignare. *n. 3.*

*Ratio Regula subjicitur.* *n. 4.*

*Alienare quis propriè dicatur, docet.* - - *n. 5.*

*Procedit argumentum etiam negativum à facultate alienandi ad facultatem* resignandi. *n. 6.*

*Neg. infans.* *n. 7.*

*Neg. Infantiæ.* *n. 8.*

*Neg. Pubertati proximus.* *n. 9.*

*Neg. Minor abs. Curatoris consensu validè* resignant. *n. 11.*

*Imo Minor, ne quidem cum Curatoris consensu rectè* resignat, *nisi solennitates alienationis adhibuerit.* - *12.*

*Ad validum prædiorum Minoris alienationem & Resignationem requiritur (1.) Justa ea, necessaria*

Varia Resignationis caussa. n. 15.
Nec utilitas Minoris etiam insignis hic sufficit. n. 16.
Ad cognoscendam alienationis ac Resignationis necessitatem apprimè facit Inventarij omnium bonorum exhibitio. n. 17.
(2.) Accurata caussæ cognitio. n. 18.
(3.) Prævium judicis Decretum. n. 20.
Quod subseqvi Resignationem non sufficit. n. 21.
De Casibus, qvibus Decreto in alienatione & Resignatione Minoris prædiorum planè opus non est, agitur remissivè. n. 22.
Minor etiam Major declaratus tamen haud validè absq; prævio Magistratus Decreto resignat. n. 23.
Quæcunq; Minor cum Curatore agere non potest, illa nec Major declaratus agere qviverit, licet Curatore non indigeat. n. 24.
Furiosus & Mente captus resignare non possunt. n. 25. seq;
De indiciis furoris agitur remissivè. n. 26
Leviter notatur Hoppius. n. 29.
Neque Fatui & Simplices etiam cum Curatore rectè resignant. n. 30. & 34.
Hi anumerantur Infantibus. n. 33.
Furiosus qviescente furore tamen retinent Curatorem n. 37.
Qui tamen hoc tempore potius nomine quàm effectu Curator est. n. 36.
Hinc etiam sine Curatore tempore dilucidi intervalli furiosus rectè resignat. n. 39.
Quæ Resignatio non redditur inutilis, furori licet redeunte, sicque reviviscente Curatoris officio. n. 4.
Grossi & Grossolani rectè etiam sine Curatore resignant. n. 41.
Cujus rationem exhibet. n. 42.
Melancholici quando rectè resignent, docet. n. 43 seqq.
Muti & Surdi validè resignant. n. 85
Nisi statutis locorum certa quædam solennia verba requirantur, modò valeant significanter animi sensa exprimere. n. 47
Prodigus sine Curatore validè non resignat. n. 49. seqq.
Quis sit Prodigus, docetur. n. 50.
Annumeratur Furioso n. 52
Ejus elegans ratio redditur. n. 52.
Limitatur dicta sententia n. 53. seq.
Mulier Jure quidem Communi, sine Curatore omnes rectè contractus exceptâ fidejussione init. n. 56.
Non vero Jure Saxonico ac Lubecensi sine Curatore validè resignat. n. 55.
De Casibus exceptis agitur remissivè. n. 57.
Mulieribus illis in locis ubi jus commune viget, etiam sine Curatore

to resignare possunt. n. 58.
Mulieri etiam extraneæ Lubecæ aut in Saxonia alienaturæ sine Curatore resignare non est integrum. - n. 60.
Actus ratione solennitatis sequitur Statuta loci contractus. n. 61.
Marito fundum dotalem alienaturo non licet resignare. n. 62. seq
Etiamsi Uxor in resignationem consentiat. - n. 64.
Rationem hujus exhibet. n. 65.
Idem obtinet Jure Saxonico. n. 66.
Secus se res habet Jure Batav. n. 67.
Et jure Lubecensi, nisi & liberi simul consenserint. n. 68.
Exceptionis ratio est in anomala illa Societate per nuptias hoc jure inter Conjuges contracta. - n. 69.
Quibus casibus prædii dotalis simpliciter dati vel cum vel sine Uxoris consensu jure Lubecensi Civili, Canonico, aut quolibet statutario validè procedit alienatio, iisdem etiam valebit judicialis à marito facta prædii dotalis resignatio. n. 70.
Modestè notatur Eckholti sententia statuentis: Rem immobilem inæstimatò datam rectè indistinctè à marito alienari posse. n. 71.
Fundum pecuniâ dotali emtum Maritus præviâ judiciali resignatione validè potest alienare. n. 72. seqq.
Rationes exhibet. n. 73. seq
Ad Obstantem L. 54. ff. De jur. dot. respondetur. n. 75.
Idem obtinet in fundo dotali æstimatò dato, æstimatione venditionis cuussa adjectâ, ut & hic Maritus resignare possit. n. 76. seq.
Emphyteuta irrequisito domino cum periculo amittendi emphyteusin resignat. n. 78. seqq.
Donando Emphyteuta etiam irrequisito rectè domino resignat. n. 80.
Rationes exhibet. n. 81. seqq.
Rectè tamen eundem oportebit domino denunciare. n. 84.
Idem obtinet Generali Germaniæ Praxi - n. 85.
Periculosum admodum est, Legem in desvetudinem abijsse, asserere. n. 86.
Restringitur Carpzovii & Franzkii sentent. a statuentium L. fin. C. De jur. Emph. Moribus amplius non observari, ad Consvetudinem & Praxin Saxonicam. n. 87.
Idem obtinet Jure Holland. n. 88.
An Emphyteuta factâ irrequisito Domino alienatione fundi emphyteuticarij, nondum additâ judiciali resignatione, protenus jure suo eadat, disquiritur. n. 89
Affirmantium rationem exhibet. - - n. 90.
Negantium. - n. 91.
- - 92. seq.
Cui nos calculum adjicimus. n. 92.

*a Vasallo ad emphyteutam certâ ratione procedit argumentum.* - - *n.95.*
*Domino intra bimestre spatium voluntatem suam non declarante, Emphyteutæ licitum est etiam dissentiente Domino resignare.* - *n.96.*
*Vasallus sine Domini consensu jus feudi* resignans, *feudo privatur.* - *n.79.seqq.*
*Sig; antiquum sit feudum, factâ sine proximorum Agnatorum consensu* resignatione, *his jus retractus competit.* *n.99.*
*An Vasallus feudo cadat, si saltem tradiderit, sed nondum* resignaverit, *quæritur?* - *n.100.*
*Ratio dubitandi proponitur.n.101.*
*Ratio decidendi & casus dictæ quæstionis proponitur.* *n.103.*
*Ad quæstionem respondetur tres distinguendo Casus, quos exhibent.* *n. 104 105.seqq.*
*Vasallus saltem vendens feudum, non subsecutâ traditione & Resignatione, feudo non privatur.* *n.110 seqq.*
*Obæratus Debitor in necem Creditorum nulliter* resignat. *n. 111.*
*Sicut & ille, cui de fugâ suspecto, desiderante Creditore, bonorum alienationi interdictum est.* - - *n 112.*
*Possessores bonorum hereditariorum Jure Lubecensi sine Cognatorum, illorumq; quorum interest consensu, haud validè resignant. n.113.*
*Contra privatam patiscentium legem* resignans, *nulliter procedit.* - *n.114.seqq.*
De *Subjecto* Resignationis Passivo *agitur* - *n 117.seqq.*
*Qui, & quatenus* Lege *vel naturâ prohibentur dominium acquirere, hi, & eatenus à* resignationis subjecto Passivo *excludantur.* - *n. 118.*
Præviâ Resignatione *neq; in Infantes, Minores & Prodigos, neq; in Furiosos & Mente captos sine Curatoris consensu ex titulo oneroso rerum immobilium transfertur dominium. n. 119.*
*Qui* præviâ resignatione *resignatam emphyteusin acquirere nequeant, docet.* - *n.120.*
*Extra familiam illius, qui non, nisi in familia rem alienari voluit, constitutus, firmum ex resignatione jus non acquirit.n.121.*
*Jure Lubecensi Forensis rerum immobilium â cive resignatarum dominium non acquirit.* - *n.122.seqq.*
*Nec extraneus ab extraneo, si illi per hereditatem immobilia bona obvenerint.* *n.124.*
De *Objecto* Resignationis *agitur.* - *n. 125.*
*Immobilia alia* naturaliter *alia* civiliter *sunt talia.* *n.126.*

Solum

*Solum, solo q̃ cohærentia, ad Objectum Resignationis pertinent* 127.
*Item Cujuscunqve generis Molendina.* - n.128.
*Decimæ & annui reditus.* n. 129.
*Quod Jure Lub. & Batav. expressè decisum est.* n. 130. seqq.
*Actiones rerum immobilium itidem objectum Resignationis constituut.* - n. 133.
*Forma* Resignationis *delineatur* - - n.134. seqq.
*De Solennitate* Resignationis *veteris Saxonicæ, Ducatus Clivie, Geldriæ & Dicasterii Rottwillensis Cæsarij agitur remissivè* - n.135. seqq.
Resignatio *Lubecensis paulò fusius describitur* - n.140.
*Formula alibi usitata* resignandi *traditur.* - - n.141.
*Neglecta* Resignationes *formâ, nil agit* resignans. n.142.
*Venditio tamen nihilominus valida est.* - n.143.
*Hinc* Resignatione *licet nondum subsecuta, neutri in de resilire fas est.* - n.144
*Emtor ad resignandum invitus tenetur.* - n.145.
*Periculum est Emtoris.* n.146.
*Nisi conditio adjecta.* n.147.
*Ubi res vendita in totum perempta, perit venditori.* n.148.
*Pro parte verò emtori:* n.149.
*Certum tempus pacto, de retrovendendo adjectum currit non â tempore factæ* Resignationis, *sed solo consensu perfectæ emtionis.* - n.150.

§. 1.

PErlustratâ præcedaneo Capite 1. *Resignationis judicialis* genuinâ indole ac Origine, subjectisque variis ejusdem Divisionibus, conseqvens est ut proximo jam pede ad *Subjectum* 1.
*Activum*, *Passivum*, *Objectum* nec non *Formam* dictæ *Resignationis* pergamus. Parum enim est jus nosse, si personæ, quarum 2.
caussa omne jus constitutum est L. 2. *ff. De Stat. Hom.* ignorentur. §. *fin. J. De J. N. G. &C.* neglectâque rei formâ, esse rei abesse, & aliud planè agi, aut quod intenditur, inutiliter agi videtur. Ordiemur autem tractationem â *Subjecto Activo*, quod constituunt Personæ resignare valentes ac volentes. Circa quas, ne nimium vagetur nostra scriptio, eandem sequenti Generali includemus Regulæ: *Qui, & quatenus vel na-* 3.
*turâ impediuntur, vel Lege ac statuto prohibentur res immobiles alienare, hi, & eatenus impediuntur ac probibentur judicialiter resignare.*

 Ratio-

4. Rationem Regulæ hanc ſubjicimus: Quod tam alienatio, quàm
*Judicialis Reſignatio* in effectu eodem conſpirent, hæcque illam
5. ſemper ſequatur. Sicuti enim is demum propriè alienare creditur, non qui vendit, ſed qui dominium in accipientem transfert. *L. Alienatum. 68 ff. De V. S. L. 8. in fin. ff. De alienat. judic. mut. cauſſ.* L. 38. *§. 7. ff. De Leg.* 3. Ita & hic reſignare noſcitur, pleno qui jure Dominium in accipientem derivat. Quare cum naturâ vel Lege impeditus vel Prohibitus alienando rem facere accipientis non poſſit L. 1. *C. Non licer. habitant inibique* Joh. de Platea *n.* 1. Donell. *Lib. 9. c. 10* Chaſſan *in Conſuetud. Burgund. Rubr. 9. §. 10. n. 7.* & Sichard. *in C.* L. 3. *De Condict. ob. Cauſſ.* Fruſtra reſignando hic effectum transferrendi dominii præſtolabitur,
6. facultate non minus, quàm voluntate alienandi qui deſtituitur; Ut hinc feliciter omninò â facultate cum effectu alienandi, ad facultatem reſignandi etiam negativè procedere argumentandi rationem autumemus,

§. 2. Ex hâc autem generali Regulâ (1.) Inferimus: Neq;
7. *Infantem* ſ. hominem ſeptem annis minorem. *L. 14. ff. De Sponſal.* L. 18. *pr. & § 4. C. De jur. delib.* cum fari non poſſit L. 1. *§. 2 ff. De Adem.*
8. *tut.* L. 7. *§. 2. ff. De ſupellet. Leg.* nec â Furioſo multum differat. *§. 9.*
9. *J. De inut. ſtip.* L. 1. *§. 3 ff De O. & A.* Neque *infantiæ Proximum §. 9. J. d. t.* L. 1. *§. 13. ff. De th. & A.* L. 3. *ff. Rem. pupill. ſalo. fare.* Neque
10. Pubertati Proximum; Imo ne Minorem quidem curato-
11. rem habentem, ſine Tutorum Curatorumve conſenſu *reſignare* poſſe. Cum enim illos defectus *voluntatis* ac *intellectus* quibus duobus fulcris verus nititur conſensûs; hos verò *judicij imbecillitas* ab alienationis negotio arceat *pr. J. de Auth. Tut.* Utique & â judiciali abſtinere Reſignatione jubentur. Quæ cum
12. circa *immobilia* duntaxat occupetur bona, magis eſt, ut dica-
13. mus: Ne Minorem quidem *Cum Curatoris conſenſu* protenus reſignare poſſe. Quanquam enim Minor cum Curatoris con-
14. ſenſu *ſimpliciter* quidem immobilia alienare non prohibeatur, non tamen firmo aliter jure procedit alienatio, etiam cum Curatoris conſenſu, quàm ſi cum ſolennibus juris fiat. *t. t. C. De Præd. Min.* Hinc, cum advalidam prædiorum Minoris alie-
15. nationem requiratur (.) Juſta eaque neceſſaria alienandi cauſſâ

L. No-

*L. Notabili* 22. *C. De Adm. Tut. L. C. De Præd. Min.* V. g. æris alieni *L. 5. §. 9.* L. 14. *ff. De Reb. ear. qui sub Tut. inibig;* Brunnem. *L. 47. pr. ff. De Minor.* Johan â Sande *De Prohib. rer. alien. §. 1. c. 1. 59.* Dotis vel Donationis propter nuptias. *L. 22. C. De Adm. Tut.* solâ Mi- 16.
noris utilitate hic neutiquam suffecturâ. *L. 5. §. 14. & L. 13. pr. ff. De reb. ear. qui sub. Tut.* Roland. â. Valle. *Vol. 3. Consit. 7. n. 26.* Natta *Consil.* 631. *n* 35. Afflict. *Dec. 87. n. 5.* Guttierez. *De Tutel. P. 2. c. 5. n* 33. Stryk. *Tr. De Caut. in Contr. neces. Sect. 1. Cap. 1. §. 17. in fin.* quanquam eadem insignis fuerit: Hipp. Rimin. *Vol. 1. Consil. 5. n. 38.* Riccius. *Dec.* 345. Klock. *Consit* 51. *n. 18.* Raudensis. *Vol. 1. Cons.* 8. *n. 26.* Brunnem. *ad* L. *pen. ff. De reb. eor. qui sub. tut.* Lugubre enim satis est Minori in domo quâ in Pater defecit & ipse crevit, 17.
Majorum imagines aut non fixas, aut videre revulsas docente Imperatore *in* L. 22. C. *De Adm. Tut.* (2.) Accurata causſæ co- 18.
gnitio, an scilicet aliter pupillo succurri non possit, quàm alienando. L. 6. *& fin.* C. *De. Admin. Tut.* inibique Brunnem. Carpzov. P. 2. C. 11. D. 28. *n. 13.* quem in finem jubebit Prætor sibi omnium 19.
bonorum exhiberi Inventarium, ut inde constet, adesse necessariam alienationis causſam. Stryk. *d. Tr. §. 23.* Adeò ut ob hunc solum defectum, reliquis licet omnibus solennitatibus adhibitis ipsa alienatio nulla sit. Mortan. *De Tutel. c. 33. n. 32.* Curt. *Consil. 29. n. 9. & 7* Dec. *Consil. 351. n. 6. &* Carpzov. *d. l. n. 11.* (3.) Decretum 20.
judicis super faciendâ alienatione. L. 6. *& Notabili*, 12. C. *De Præd. Min.* Stryck. *d. l. §. 19.* Ubi notat: Ipsum Decretum non sufficere se- 21.
qui alienationem, sed ad ejus Legitimationem præcedere causſam alienationis debere Carpz. L. 5. *Resp. 69. n. 18.* Joh. â Sande. *De Prohibit. rer. alien. c. 1. n. 68. seqq* Per L. 5. *§. 9. ff. De re reb. eor. &c.* Extra casus exceptos, quib9 in alienatione rerum Minoris Decreto planè opus non est, quos videre est apud D. *ad Tit. C. Quando Decret. non est apus* & Dn. Lauterb. *Dissert. De Alien. rer. quæ minor sunt. th. 44. seqq.* Minorem etiam cum Curatoris consensu, nisi his omnibus præviis solennibus, *resignare* haud posse asserimus. 22.

*§. 3.* Nec aliter se rem habere statuimus, quanquam 23.
Minor *veniam ætatis impetraverit.* Licet enim ab illo tempore 24.
Minor, sententiâ judicis Major declaratus, omnia illa rectè agat, quæ sub curâ constitutus poterat cum consensu Curatoris

ris L. 22. C. *De. Adm. Tut.* Illa tamen, quæ nè quidem consenti-
ente Tutore rectè expediebantur, etiam venià ætatis impetra-
tâ usque ad annum 25; validè agere prohibetur. L. 2. §. 1. & L. 3. C.
*De his qui ven. ætat* Hopp. *Ex. Inst. Tit. De Curat. qu. 6.* Stryck. *d.*
*l.* §. 20. Mev. *ad Jus. Lub. Lib. Tit. 2. c. 7. n. 24.* Hinc sicuti Minor
tunc sine Decreto rem immobilem alienare prohibetur. L. 3. C.
*De his qui ven act.* inibique Brunnem. & Stryck *eit. loc.* ita nec
sine Decreto valebit resignare.

25. §. 4. Ex supra traditâ Regulâ inferimus. (2.) Neqve
26. *Furiosos*, (cujus indicia & argumenta petere licet *ex* L. *In his qui*
*§. 1. ff. De Ædit. Edict.* L. 22. *§. si maritus ff. de Solut. matrim.* L. *Qui-*
*dam 22. ff. De Condit. Instit.* & L. 3. *verb. Saxis, aut alio furoris gene-*
*re* C. *De Judæis.* Confer. Mascard. *De Prob. Concl. 827.* Menoch.
*Lib. 6. Præs. 45.* Loming. *Consil 40. quæst. 4. n. 57. seqq.* Mantica De
27. *Conject. ult. vol. Lib. 2. Tit. 5. n. 10.*) qvi cum rabie qvâdam & tu-
28. multu insaniunt die rasend Toll sind. Neq; *Mente captos*, (qvos non
29. tam in confinio furoris & sanæ mentis constituti, uti minus re-
ctè ex L. 6. C. *De Cur. Furios.* colligit. *Dn. Hopp. Ex. Instit. ad Tit. De*
*Curat. qv. n.* qvàm *in qviete* insanire & omni animi consilio desti-
tutos in silentio degere die an ihrer Vernunfft gekräncket arbitra-
mur cum Baldo *Ad* L. *Si Furiosi C de Nupt.* Mev. *ad Jus Lub. Lib. 1.*
*Tit. 7. a. 6. n. 27.* Goedd. *De contrab stip. c. 7. Concl. 9.* Mascard. *De*
*Probat. Conclus. 501. 826. & 1049.* Stryk. *d. l. §. 7.* Brunnem. *ad* L. 3.
C. *De Curat. Furios.* & Menoch. *Lib. 6. Præs. 45. n. 2. seqq.*) Neqve
30. *Fatuos*, aut *Simplices*, qvos verius in confinio furoris & sanæ
mentis constitui & ad Officia communis vitæ mediocriter suf-
ficere remur. Schlechte / alberne / kindische und blöde Leute. Mev. *ad*
31. *Jus Lubec. d. I.* resignare valere. Sicuti enim Furiosi nulla est
voluntas. L. *Furiosi 40 ff. De R. J.* nulla certa vox L. *Sancimus. 7. pr.*
C. *Ad. sect. Trebell.* nullus sensus. L. 22. *§. si maritus ff. sol. matrim*
nullus consensus. L. 2. C. *De contrab. emt.* & nullus planè af-
fectus. L. 1. *§. 6. Ne vis fiat.* sed pro mortuo ferè L. 1. *in fin. ff. De Bo-*
*nor. poss. furios.* & absente habetur. L. 124. *ff. De J. tb.* ita nec aliena-
re. L. 2. *ff. de R. J.* L. 2. C. *De contrab. emt.* & per consequens neque
*resignare* valebit: Et cum inter Mente captum & Furiosum
rabies & impetus duntaxat discrimen faciat *per supra dicta*, ea-

dem

dem illius, quæhujus in *resignatione* est conditio, cum uterque 32.
ex potestate mentis exierit. Nec dispar Fatuorum ac Simplicium ratio est: Quanquam enim hi quidem non in mentis exilio versari, sed in confinio rationis ad huc constitui dicantur, infantibus tamen & pueris, quorum non certum animi 33.
est judicium, rectè annumerantur. Gœdd. *De contrah. stipulat. c. 7. Concl. 9. n. 110.* Mev. *ad Jus. Lub. lib. 1. Tit. 7. a. 6. n. 27.* proindeque eâdem cum hisce sorte censebuntur, ut resignare ne quidem cum Curatore possint, sed hic illorum nomine resignare 34.
debeat. *arg. L. 18. §. 3. C. De jur. Delib.* Stryk. *Tr. de Caut. Sect. 1. Cap. 2. §. 3. n. ibig. all. D dres.* Tiraquell. *De Retract. §. 1. Gloss. 13. n. 20.*

§. 4 Non tamen, quod de *Furiosis* & *Mente captis* di- 35.
ximus, ad tempus dilucidi intervalli, & quiscentis furoris extendi volumus: Quanquam enim nec hoc tempore Curatorem habere desinat Furiosus. *L. Cum aliis 6. C. De Curator. Furios.* quia 36.
tamen ratio dati Curatoris induciarum tempore cessat, ut furioso datus *Nomine* magis & *officio*, quàm *effectu* ipso Curator esse videatur, docente Imperatore in *all. L. 6. C. d. t. in fin.* omnes rectè actus celebrare poterit, sanus quos quisque celebrare 37.
non impeditur. *al. L. 6. inibique* Brunnem. *& all.* Anton. Gometz
Quare Curatoris licet non adhibito consensu, resignare 38.
quiescente furore utique valebit; adeò, ut quanquam factâ resignatione furor postea eundem iterum stimulis suis accen- 39.
derit, hactenus quiescens Curatoris officium reviviscat quidem, sed tamen interim factam resignationem retrò haud inva- 40.
lidet. *L. 6. C. d. t.*

§. 5. Nec *Fatuis* & *Simplicibus* quoad effectum inter- 41.
dictæ Resignationis *Grossos* & *Grossolanos* annumerari posse censemus: Quanquam enim hi aliquantò obtusioris sint intelle- 42.
ctus, quia tamen omni ejusdem usu haud carent, sed ratione uti sciunt, testarique & contrahere possunt Heig. *P. 2. quæst. Illustr. 38. n. 28. seqq.* Mev. *ad Jus Lub. 1. Tit. 7. art. 6. n. 29.* nec *resignare* sine Curatore prohibebuntur.

§. 6. *Sed quid de Melancholicis?* Hos qui furiosis cum Oldekop. *observ. Crim. 23. Tit. 3. n. 5.* accensent, illis forsan *resignandi* facultatem non invitâ Jurisprudentiâ negabunt. Qui 43.
vero

44. verò furori Melancholiam cum Heigio *quæst. illustr.* 38. n. 23.
45. contradistinguunt, & eotem ingeniorum excellentium teste
46. Carpzovio *Prax. Crim. P.* 3. *quæst.* 145. *n.* 6. esse condendunt, contrâ resignandi Melancholicis licentiam dabunt. Nos cum Mevio. *supra cit. loc. n. ult.* & Strykio *De Cautel. Sect* 1. *c.* 2. §. 11. aliisq; distinctionis fœdere rem conciliaturi, dispiciendum esse putamus: An Melancholia sit *remissior*, qvæ sanæ mentis usum non impedit; & hoc casu sine Curatore factam *Resignationem* valere nulli dubitamus: An verò tanta sit melancholicæ vehementia, ut omnem penitùs rationis usum adimat; quo casu pari cum furiosis sorte Melancholicos censeri sustinemus.

§. 7. Surdis & *Mutis* animi sensa signis vel aliâ ratione commodè & significanter exprimere valentibus, qvò
47. minus *resignandi* denegemus facultatem, obstat, quod jura
48. eosdem ab alienatione haud arceant. Quare nisi Statutis localibus certa qvædam solennia verba ad Resignationem requirantur, minus rectè â Resignatione quis eosdem excluserit. *Conf.* Stryk. *De jnr. Surd. & Mut. Cap.* 3. *n.* 7. *seq.*

§. 8. Cum *Prodigos*, quos Nomothesa Lubecensis *L.* 1.
49. *Tit.* 7. *art.* 6. sat congruè Unnütze Verschwender Ihrer Güter appellat,
50. dum neque tempus neque finem expensarum habent, sed bona sua dilapidando & dilacerando dissipant & profundunt
51. L. 1. *ff. De Curat. furios.* rectè furiosis accenseat jus nostrum §. *Furiosi J. De Curat.* L. *fin.* §. 2. C *De fert pass. L. Furiosi ff. De. R. J.*
52. eò quod, uti notanter loquitur JCtus Ulpianus in L. *2. in fin. ff. De Tut. & Curet. dat.* prodigus furiosum rerum suarum exitum faciat, non magis hunc, quam furiosum sine Curatore *resignare* posse indubitanter concludimus, neutri illorum jure alienandi facultatem concedente. *L. 10. ff. De Curat. furios. inibique* Brunnem. jung *L.* 40. *ff. De R. J.*

53. §. 9. Subaudiendum autem hoc duntaxat est, de Prodigo *civiliter* tali, seu cui prævia cognitione & subsecutâ judicis declaratione bonis interdictum est *L. 10. ff. d. t.* Prodigus
54. enim *moraliter* saltem talis, qualis suis constituitur actibus quin etiam sine Curatore valide *resignet*, eò minus dubium, quo certius, eidem contrahendi licentiam non prius adimi,

quam

quàm per sententiam prodigus declaretur, erudimur ex L. 18. *ff. Qui test. fac. possit.* Stryk. *Tr.* De Caut Sect. 1. C*ap.* 2. §. 14. Brunnem. ad L. 10. *ff. De Curat. Furios.* Riminald. *Consil.* 515. *n.* 12.

§. 10. Ex Regulâ Superiori concludimus (3.) *Mulierem*, neque *Jure Lubecensi*, neque *Jure Saxonico* sine Curatore rectè *resignare*. Ut ut enim jure communi Fœmina, exceptâ fidejussione *t. t. ff. & C. De SCt. Vell.* etiam absque Curatore omnem rectè contractum ineat. Stryk. *De Caut. Sect.* 1. *c.* 2. §. 29. Jure tamen Saxonico Landrecht L. 1. *art.* 44. *& 46. ibi Gloss. Lib.* 2. *art.* 63. absque consensu Curatoris donare, vendere aliove contrahere modo prohibetur. Carpz. P. 2. C. 15. D. 1. *per tot.* Quod & Jure Lubecensi repetitum ac constitutum deprehendimus. *Lib.* 1. *Tit.* 7. *art.* 4. *& Tit.* 10. *art.* 1. *inibique* Mev. *n.* 2. *seqq.* adeò, ut alienatio â muliere non adhibito Curatoris consensu facta, exceptis casibus, quos suppeditat prælaudatus Mev. *d. l. n.* 44. *seqq.* ipso jure nulla sit. Chassan. *in Consvetuò. Burgund. Rubr.* 4. *§.* 1. Moller. *ad Const. Sax.* P. 2. *C.* 15. *n.* 89. Coler. *Dec.* 67. *§.* 1. *n.* 21. Roman. *in* L. *Si quis mihi §. Si coram. ff. De Acq. hered.* Mev. *d. l. n.* 32. *seq. inibique all. Ddres.*

§. 11. Sicuti autem illis in locis, ubi jus Commune viget, Mulieribus *resignare* non interdicitur, ita contrà non duntaxat Fœminis Lubecensibus ac Saxonicis Lubecæ & in Saxoniâ *resignare* sine Curatore illicet; Verum & aliis quibus vis extraneis in Saxonia aut locis Juri Lubecensi obnoxiis, alienaturis resignare sine Curatore non permittitur, quamvis ceteroqvin ipsæ neque Saxonico neque Lubecensi juri subjectæ sint. Philippi. *Ad Dec. Saxon. observ.* 2. Solennitates enim illius loci, ubi actus geritur, semper ab agentibus attendendæ sunt. *per* L. 6. *ff. De Eviction.* Hopp. *Ex. Inst. Tit. De J. N. G. & C. qv.* 17. Brunnem. *ad d. L.* 6. *n.* 3. Gail. *Lib.* 2. *Obs.* 8. *in fin.* Roll. â valle. *Vol.* 4. *Cons.* 13. *n.* 1. *& Vol.* 3. *Cons.* 100. Molina. *De J. & J. Tr.* 2. *Disp.* 260 Carpzov. *P.* 2. C. 15. *D.* 6. *n.* 8. & Mynsing. *Cent.* 4. *Obs.* 82.

§ 12. Sequitur (4.) Ex regula superiori: In fundo dotali, intuitu Mariti *Resignationem* non obtinere. Ut ut enim ipse dotis dominus sit. *pr. J. Quib. alien. dlic.* L. 7. § *ult.* L. 96. §. 8. *L.* 75. *ff. De jur. dot.* L. 23. *C. Eod.* L. 13. §. 1. *De fund. dot.* L. 21. §. *Ad muni-*

63. *municipal.* L. 9. C. De R. V. Quia tamen ejusdem expreſsâ Lege Juliâ Marito interdicta eſt alienatio. *d. pr. J. Quib. alien. lic. t. t. ff.* & C. De *Fund. dot.* L. *Un.* §. *& cum.* Lex *Julia.* C. *De R. U. A.*

64. etiam cum Uxoris conſenſu facta *d.* L. *Un. C. De R. U. A. & §. 1. J.*

65. *d. Nov. 61. per tot.* Ne fragilitate naturæ ſuæ, cum Reip. incommodo, cujus intereſt, fœminas non eſſe indotatas, ſed dotes ipſis ſartas tectas conſervari *L. 1. ff. Sol. matrim.* in repertinam deducantur inopiam *d. prin. J.* nec procedit fundi dotalis *Reſignatio.*

66. §. 13. Patitur tamen, quod de fundo dotali etiam conſentiente Uxore non alienando, præcedenti diximus §. non quidem Jure Saxonico Vid Carpz. P. 2. C. 15. D. 15. *n. 5.* Weſenbec. *In Parat. ff. Tit. De fund. dot. n. 7.* Schneidew. *pr. J. d. t. n. 4.*

67. Rauchbar. *P. 1. qv. 34 n.* 18. benè tamen Jure Batavorum, de quo teſtatur *Vinnius. pr. J. Quib. alien. lic. inibique citati Grotius Neoſtad.* & Grœvvegen. indiſtinctè & Jure Lubecenſi hanc exce-

68. ptionem in ſpecie, ſi uxor & Liberi in alienationem fundi dotalis conſenſerint. *Vid.* Lübſch-Stadt-Recht. L. 1. *Tit. 5. a. 9.* inibique Mev. n. 15. *ſeqq.* Cujus exceptionis juri Communi partim è diametro adverſæ, partim incognitæ ratio dubio procul ex qualiquali bonorum communione & anomalâ Societate, quæ inter Conjuges hoc jure eſſe noſcitur, petenda eſt: Cujus vigore pleniorem Marito poteſtatem in res uxoris, imò & alienandi facultatem pro communi uſu Jure Lubecenſi datam eſſe, variis ex locis hujus juris doctè pro more ſuo demonſtrat JCtiſſimus Mevius d. l. Quin ergo Jure Lubecenſi Maritus prævio Uxoris & liberorum conſenſu rectè *reſignare* valeat, fruſtra quis ambiget.

70. §. 14. Jmò, ut multa paucis complectamur, in genere dicimus: Quibus caſibus prædii dotalis *Simpliciter* dati, vel cum, vel ſine uxoris conſenſu jure ſive Lubecenſi, quos *vide ap. Mev. d. l.* ſive Civili, quos videſis ap. Eckholt. Struv. Zoeſ. Lauterbach. & Ddres communiter *ad. Tit. ff. & C. De. fund. dot.* & Canonico. *arg. cap.* 28. *X* De. jur *& c. 2. Eod.* Hunn L. 2. *var. Reſol. Tract. 4. qu 15. in fin* Gail. 2. *Obſ. 39. ſeq.* Peretz *Ad. Tit. C. De. fund. dot. & ad* L. 1. C. *d. t. ibique.* Brunnem: aut

alio

alio quolibet Statutario *validè* procedit alienatio, iisdem & valebit judicialis â Marito facta reſignatio.

§. 15. Sicuti autem ex hactenus dictis ſatis liquere credimus, juri Civili planè contrariam eſſe Eckholti ſententiam §. 2. *ff. De. fund. dot.* per. L. 2. *C. h.t.* ſtatuentis: Rem immobilem inæſtimatò datam, rectè â marito alienari indiſtinctè poſſe, cum contrarium ejus evidenter ſatis erudiamur L. *Un.* §. 15. C. *De.* R. *U. A.* & ad *d.* L. 2. C. De *fund. dot.* doctiſſimè reſpondeat. Brunn. *d.* L. 2. Jta prohibitam alienationem & *Judicialem Reſignationem* ad fundum dotali pecuniâ emtum neutiquam extendendam eſſe cum præallegato concludimus Eckholto *d.* § 2. non modò, quod res ex pecunia dotali comparata marito plenè acqviratur L. *fin* C. *De ſerv. pign. dat. man.* L, *Ex pecunia dotali.* 12, C. *De. Jur. dot.* Carpz. *P. 3. C. 23. Def.* 27. Bartol. Bald. Cynus. Salycet. &. Sichard. *Ad* L. *Si ut proponis C. De R. V. Jung.* Brunnem. *ad* L. *fin. C. De Serv. pign. dat. man.* & *in Ex. Juſt. J. Tit. 8. pr.* Verum etiam, quod pecunia marito ideò detur, ut eam pro ſuo arbitrio permutet, ita, ut non ſit amplius debitor ſpeciei, ſed generis. *L. 42. ff. De Jur. dot.* Nec obſtat. L. 54. *ff. De jur. dot.* Reſp. enim eſt diſtinguendo inter id, quod eſt dotale *ſimpliciter* an *indefinitè* & quod dotale eſt *reſpectivè* & *ſecundum quid* ratione iſtius eventus, ſi maritus non ſit ſolvendo L. *55. ff. De. Donat. inter V. & U.* Vid. Carpzov. *d. l.* Schwendendorff. *ad. Eckholt. d. l.* Jungatur Donell. *Lib. 5. Comm. 2. & ad* L. 12. C. *De Jur. dot.* Aliam reſponſionem ſuppeditat Brunnem. *ad L. 12. C. d. l. inibiq; all. Dd.*

§. 16. Neque tamen Marito in fundo dotali æſtimatò dato æſtimatione *venditionis cauſſa* adjectâ, facultatem etiam ſine conſenſu Uxoris *Reſignandi* denegamus. Sicuti enim indubium eſt, talismodi prædii dotalis alienationem Marito permitti. L. *10. §. 4. & 6. ff. De J. D.* L. *69. §. 8. ff. Eod.* L. *1. ff. De æſtim. act.* cum hoc caſu maritus ſaltem pretii debitor dicatur, L. *Quoties. 5. C. De J. D. inibique* Sichard & Brunnem. *L. 10. C. eod.* Cavarruv. *Pract. qveſt. cap.* 28. *n.* 1. Caſtillo. *De uſufr. c.* 4. *n.* 14. Mev. *ad Jus Lub.* Lib. 1. Lit. *5. a.* 8. *n.* 20. *ſeq.* Jta eundem validè etiam *reſignare* poſſe, haud facile quis inficiabitur.

78. §. 17. *Emphyteuta* an & quatenus Jus fundi emphyteu-
ticarii *resignare* possit, colligere itidem est ex tributâ ipsi â Le-
ge alienandi facultate. Non autem liberum hîc ejus esse ar-
79. bitrium, sed domini directi voluntati subordinatum, liquet ex
L. *fin.* C. *De Jur. Emphyteut.* Ubi docet Justinianus: Non aliter
fas esse emphyteutæ Jus suum alienare & in extraneum trans-
ferre, nisi prærogativam domino cesserit, ejusqve exspectave-
rit declarationem, an idem pretium, quod extraneus obtulit,
sit soluturus; secus facientem & propriâ authoritate emto-
rem inducentem emphyteutam jure suo cadere. Vid. Brun-
nem. *ad d.* L. *fin.* Sttyk. *Tr. Caut. Sect.* 2. C. 7. §. 37. Johan â Sande.
*De proh. rer. alien. P.* 1. *c.* 2. Trentacinqu. *Var. Conel. L.* 3. *Res.* 8. *per
tot.* Mantica *de Tac. & amb. Conv. L.* 22. *Tit.* 28. E. nec alio ipsi
pacto licebit jus suum *resignare*.
80. §. 18 Sed hoc ex veriori, eaqve communi magis sen-
tentiâ Ruin. *Consil.* 143. *n.* 10. *Lib.* 1. Mantica. *d. l. n.* 60. Dom.
Sil. Aldob. *Cons.* 143. *n.* 10. ad solam restringi volumus venditi-
onem. *Donantem* enim emphyteutam etiam irrequisito Domi-
81. no, non tamen jure cadere suo, hæc suadere videtur ratio,
quod Imperator verbum *alienandi* in *tota Lege fin.* sem-
per ipse ad *venditionem* deprehendatur restringere, quodque
82. ratio offerendæ Domino prius prærogativæ, np. ut. Domi-
nus paratus idem pretium præstare, quod emptor obtulerat,
huic præferatur, in donatione, quæ ex merâ liberalitate rem in
donatarium sine omni donantis lucro transfere, cesset. Vid.
Vinn. Ludwel. Vultej. Harprecht. *ad §. 3. J. De Loc. cond. inibique
all. Dd.* jungatur Mantica *d. l. inibique plenâ manu citati.* Tum
83. quod in materiâ hîc versemur odiosa, ubi de privationis effectu
agitur, quo casu restrictivæ interpretationi locus est. *c. odia. X. De R.
J. in 6. Dec. in* Li *Cui jus est vendere. n.* 3. *De R. J.* Brunnem. *ad L. fin.
C. De fund. emph.* Ubi docet: Denunciationem tamen fieri de-
84. bere domino, hoc effectu, ut dominus sciat, quem emphyteu-
tam sit habiturus, & ut electionem habeat, an ipsi pretium offe-
re velit. Jason. *ad. L. fin. d. t. Bachov. ad Treut. l. V. 1. Disp. 26. th. 13.
Lit. E.* aut sanè novum emphyteutam accepto laudemio in pos-
sessionem admittat. *Vinn. §. 3. J. De loc.*

§. 19. Nec

§. 19. Nec aliter se rem *hodie* habere, sed & *generali* 85.
*Germaniæ Praxi*, spreto Domini consensu vendentem, & judicialiter resignantem ad ductum *d. L fin. C. De jur. Emph.* jure cadere suo, eò minus dubii asserimus, quò periculosam magis novimus illorum sententiam esse, qui non liquidò probatâ Legis abrogatione, contra *L. Sancimus. 27. C. De Testam.* ad abolitionem Legis, vel certè ejus non usum temerè prosiliunt. Quare, cum contrarium in Praxi observari haud notaverint alii in Foro versatissimi, Carpzovium L. 6. *Resp. 108. n. 3.* & Franzkium. 87.
*Tract. De Landem. c. 5. n. 15.* L. fin. C. De jur emph. hodiernâ consuetudine non ita præfractè attendi notantes, de Consuetudine & Praxi Saxonica, intelligendos esse aribtramur: Nam localibus statutis à dispositione d. L. recedi posse, probat Decisio Curiæ Holland. *59.* satis evidenter, ad quam provocat, Vinn. 88.
*in Comm. Maj. §. 3. De locat. n: 6.*

§. 20. *An autem Emphyteuta protenus exuatur jure* 89.
*suo, si saltem emphyteusin vendiderit, sed nondum resignaverit, non inutile, nec injucunda quæstionis est?* Affirmativa niti videtur 90.
ipsâ *L. Fin. C. De jur. emph.* Ubi solius *venditionis* fit mentio, quam solo perfici ac contrahi consensu constat ex *pr. & §. 3. J. De. Emt Vend.* L. 2. *§. 4 ff. eod* L. 1. *§. 2. ff. De rer. perm.* Non dubitamus tamen in 91.
Negantium castra abire cum Trentacinquio. *De jur. Emph. Resol. 8. n.* 3. Carpz. *P. 2. C. 39 D. 13.* Molina. *De J. & J. Disp. 459. n. 6.* Brunnem. *ad L. fin C. De jur. Emphyt.* Mantica. *d. L. n. 19.* tum, quod alienatum non 92.
dicatur propriè, quod venditum quidem, sed non translatum L. *Alienatum 67. de V. S.* Tum, quod tam alienationis, quam venditionis mentio fiat *in d. L. fin.* 93.
ficque verbum venditionis præprimis in hoc odioso juris articulo cum effectu accipiendum sit. *arg. L. 1. §. Hæc autem verba. ff. Quod quis que jur.* tum etiam, quod Vasallum sola venditione absque *resignatione* feudo haud cadere 94.
proximè evictum daturi simus, unde tamen ad emphyteutam, 95.
nisi aperta diversitatis adsit ratio, procedere argumentum docet Stryk. *Jur. Feud. Cap. 1. quæst. 29.*

§. 21. Illud expediti juris est, si dominus intra bime- 96.
stre spatium voluntatem suam non declaraverit, & hoc spatium emensum fuerit, licere emphyteutæ etiam dissentiente Domino

ad extraneum suum jus transferre. L. *fin. C. De jur. emphyt. inibique* Brunnem: Ergo nec h. c. valebit Dominus *resignationem judicialem* impedire.

§. 22. Ob summam, quam empyteusis cum feudo teste Strykio *in Ex. feud. c. 1. q. 16.* habet affinitatem, proximo eoque non incongruo hic quæritur loco: *An & quomodo Vasallus*
97. *jus feudi resignare possit?* Et, cum hujus æquè ac Emphyteutæ voluntas Domini arbitrio suppositа sit, ut sine ejus, sique feudum antiquum sit, etiam proximorum agnatorum consensu tantum absit, ut validè vasallus alienare possit, ut potius *pri-*
98. *ori casu* jure cadat vasallitico, per textum rotundum 2. *F.* 52. & 55. eò, quod consensum domini non implorando eundem contempsisse videatur. 2. *F.* 24. *in fin.* Rosenthal. *Concl.* 61. *c.* 9. Anton. *Disp. feud. 11. th.* 6. Struv. *S. J. F. c.* 13. *th.* 11. & Bitschius *in Com-*
99. *ment ad* 2. *F.* 24. *in fin.* 2. *F.* 55. & 2. *F.* 52. Posteriori verò casu agnatis revocandi jus sartum tectum conservetur. 2. *F.* 26. *§. Titius* inibique Bitschius. Stryk. *Exam. Feud. c.* 20. *qu.* 1. *seqq.* Struv. *S. J. F. c.* 13. *th.* 15: *seqq.* illorum subscribimus sententiæ, qui nec alia
100 ratione *resignationem* hoc casu procedere concludunt.

§. 23. *Utrum autem Vasallus feudo privetur, si illud tradiderit, sed nondum domino* RESIGNAVERIT, acriter in utramque partem variis animi motibus agitata quæstio est? Ad cujus antequam decisionem progrediamur, ne laterem lavare operamq; inutilem suscepisse videamur, paucis dispiciemus: *An et-*
101. *jam casus dari possit, quo huic privationi locus sit?* Et quanquam primâ fronte dicendum videatur, quia per *illa*, quæ supra
102. *n.* 115. *Cap.* 1. notavimus, in feudalibus *resignatio* coram domino feudi fieri debet, adeò ut coram alio, ceu incompetente Judice facta, non subsistat, evenire non posse, ut privationi unquam locus sit. Nam si Dominus in *resignationem* consenserit, cessabit procul dubio privatio: Sin minus, nec tunc quidem privatio obtinebit; cum dissentiente Domino facta alienatio pro nulla habeatur, nec aliam mereatur pœnam, quam actus annullationem Hartman. Pistor. *Obs.* 230. Carpzov. P. 2. *C.* 49. *n.* 8.
103. Wesenbec. *Consil.* 73. *n.* 30. Dari tamen casum, quo quis feudo suo propter alienationem etiam in foro Saxonico privetur, docet.

cet. Carpzov. *d. l. n.* 13. Nempe, si tam imprudenter rem gerat Vasallus, ut statim omne jus feudi, nullo penitus reservato, in emptorem transferat, & in eo nec resignationis der Aufflassung nec feudi des Lehns/ mentionem faciat, neque eam de necessitate requiri existimet, multò minus coram Domino facere cogitet: Quo casu, cum militet contra Vasallum ratio privationis, contemptus sc. Domini, ergò & hoc casu privationi locus erit. Quibus præmissis, ad quæstionem propositam respondemus cum Excellentissimo Struvio in *S. J. F. cap. 13. aph. 9. n. 6.* tres distinguendo casus: Aut enim (1.) Vasallus consensu 104
Domini susque deque habito, rem, quam feudalem noverat, tanquam allodialem vendidit & tradidit: Et hoc casu, ob jam jam dictam rationem, solam venditionem absque *judiciali resignatione* sufficere, numero præcedenti diximus Vid. Struv. *h. t.* & Hartm. Pistor. *Obs. 230.* (2.) Aut vasallus feudum alienaturus 105
tradidit quidem, sed eo animo, ut velit Domino *resignare* & ut accipiens de feudo investiatur, petere: Et cum hoc casu dominus haud contemnatur, nec pura & perfecta alienatio videatur sed conditionalis & suspensiva, feudo ab solam traditionem, nondum secutâ *resignatione judiciali*, Vasallus privandus non est. Hartm. Pistor. *d. Obs. 230.* & Struv. *all. loc.* (3.) Aut ab initio quidem 106
habuit istum animum, *resignavit* etiam Domino postea feudum, sed dominus contradicit *resignationi*, rejectis, quas Vasallus de emtore denuò investiendo fecerat, precibus: Et hoc casu interest: An ita vasallus Dominum in consensu alie- 107
nationi impertiendo difficilem sentiens, statim resilierit â contractu: & condonanda ei utique culpa est, cujus tam maturè ipsum pœnitet, maximè in casu nostro, quo ante resignationem imperfecta consetur alienatio. An verò perti- 108.
naciter institerit alienationi: quo casu privationem meritò locum obtinere debere arbitramur.

k. 24. Sed quid si Vasallus saltem vendiderit feudum, irrequisito Domino, sed neque *tradiderit*, neque *resignaverit*? Et æquiorem putamus hoc casu illorum esse sententiam, qui- 109.
privationi locum non dari contendunt. Nec enim alienatum 110.
censetur, quod in dominio manst venditoris. *L. 67. ff. De V. S.*

& in

& in pœnalibus verba ſtrictè ſunt capienda. Stryk. *Ex. jur. feud. Cap. 23. q. 22.*

111. §. 25. Illud tralatitium eſſe opinamur, neque *Reſignationem* ab obærato Debitore in necem Creditorum *arg. t. t. Quæ in fraud. credit. alien. ſunt ut reſtit.* Vid. Carpzov. P. 2. C. 3. D. 20. & P. 3. C. 23. D. 21. Sande. *Lib. 3. Tit. 13. Def. ult.* aut illo, cui de
112. fugâ ſuſpecto, deſiderante creditore, bonorum interdicta eſt alienatio, *arg.* L. *8. ff. de Pollicit.* Vid. Struv. *Jurispr. forenſ.* L. 2. *Tit.* 9. §. 2. factam jure ſubſiſtere.

113. §. 26. Sicuti & bonorum hereditariorum poſſeſſores *jure Lubecenſi* non aliter validè *reſignare* poſſe dominio hiſce in bonis jure hereditario quæſito, niſi cum cognatorum & illorum, quorum hoc jure intereſt, conſenſu, colligere eſt ex. *a. 6. Tit. 10. Lib. 1. Jurii Lubec.* & Mev. inibi *n. 82. ſeqq.*

114. §. 27. Perſonas *publicâ Lege* reſignare prohibitas, excipiunt, quæ *privatâ* pacti, aut conventionis *Lege*, imò teſta-
115. toris placito alienare prohibentur: Cum enim cuilibet rei ſuæ Legem dicere integrum ſit, quam velit, pactaque traditioni adjecta quomodocunque valeant. L *48. ff. De Pact.* inibique Brunnem. non dubitamus, contra pactum & arbitrium primi transferentis *reſignantem*, nulliter procedere, ipsâ alienatione & reſignatione neutiquam valiturâ. Vid. Brunnem. *ad.* L. *3. C. De Condict. obcauſſ.* Joh. de Platea *in* L. *Un. n. 1. C. non Licere habitant.* Sichard. L 3 *n. 8. C. De Cond. ob. Cauſſ.* Donell. *L. 9. c. 10.* Mev. *ad. J. Lubecenſ. Lib. 1. T. 2. a. 5. n. 76.*

117. §. 28. Contemplati hactenus ſumus *Subjectum reſignationis* Judicialis *Activum*, conſequens eſt, ut SUBJECTUM PASSIVUM i. e. Perſonas *reſignatum*, dominium acquirere valentes, paucis examinemus, viſuri de illis, in quas *reſignatio* fieri nequit, quibus cognitis, facile & de his, quæ reſignatum acquirere poſſunt dominium, conſtabit. Illas autem per compendium Beni-
118. volo Lectori ſequens ſiſtet Regula: *Qui & quatenus naturâ vel Lege dominium acquirere probibentur, hi & eatenus à Reſignationis* SUBJECTO PASSIVO *excluduntur.*

119. §. 29. Hinc, quæ ſupra de Infantibus, Minoribus, Prodigis, Furioſis & Mente captis diximus, huc *quodammodo* repeti-

repetimus, scilicet sine Curatoris consensu ex prævio titulo *oneroso resignatum* rerum immobilium dominium illos non acquirere.

§. 30. Sicuti & ratione alienatæ emphyteusis notamus, non aliter illam etiam hoc casu, quo dominus bimestre labi spatium â tempore legitimè requisiti consensus passus est, valere, nisi prævia *resignatione* illis fundus emphytheuticarius venditus sit, qui in contractu prohibiti non sunt, quique canonem solvere possunt *L. fin. C. De jur. emphyt.* inibique Brunnem. 120

§. 31. Unde quoque constat, nec in hunc firmum exire alienatione cum prævia Resignatione transire jus, qui extra familiam ejus est, extra quam alienari primus transferens rem datam accipienti interdixit. arg. *L. 48. ff. De Pact.* inibique Brunneman. 121

§. 32 Illud notam meretur: Jure Lubecensi neminem civium rem suam immobilem *Peregrino* aliive, qui civis non est, prævia *resignatione* vendere posse, nisi jure & bonis suis exutus Senatui 50 marcas auri exsolvere velit. Lübsche Stadt Recht. *L. 1. Tit. 2. a. 5.* Cujus rationem hanc *ex Gail. 2. Obs. 19. n. 3.* affert JCtissimus Mevius *ad d. a. 5. n. 7.* quod publicæ conducat utilitati, bona sub ditione civitatis sita, apud subditos remanere, quò judicia eorum nomine instituta sint faciliora, munerum impositio & exactio promptior, augendi habitantium numerum & patrimonia occasio amplior. 122 123

§. 33. Idem juris est in *Extraneo*, si ipsi immobilia per hereditatem obvenerint. Hæc enim non ad peregrinos, sed cives prævia *resignatione* transferre eundem oportere, docet *modo all. artic. 5. in fin. verbis*: Gleicher Gestalt soll es auch gehalten werden / wan einem frembden ein Erbe alhier anstirbet / der soll dasselbe auch nicht an frembde vereüssern / sondern an Bürger bringen / quod tamen optimè temperat B. Mevius *ad d. art. n. 15. seqq.* 124

§. 34. Transitum facimus ad OBJECTUM *Resignationis* quam occupari *supra. c. 1. §. 17.* diximus duntaxat circa RES IMMOBILES. 125

§. 25. Cum autem constet *immobilia* esse aut *naturâ* aut 126

aut *intellectu juris* talia, utraque objectum *Resignationis* constituere indubitanter asserimus, indeque.

127. §. 36. Inferimus (1.) Solum, soloque *naturâ* aut *facto hominis* cohærentia v. g. agros, hortos, prata, cellas, tabernas, domus similesque possessiones, quæ jure Lub. liegende Gründe *art. 2. Tit. 10. L. 1. & a. 3. Tit. 6. Lib. 3.* stehende Erbe. *a. 3. d. Tit. 10.* Item Simpliciter Erbe. *art. 5. Tit 2. lib. 1.* & stehende Gründe. *art. nn. Tit. 3. Lib. 3.* appellantur. Vid. Cothman. *Consil. 40. n. 200. seq. Vol. 1.* ad objectum resignationis procul dubio pertinere. *arg. L. 1. ff. De Cond. Tritic. L. 1. §. 3. 4. 6. L. 3. §. 15. De vi & vi arm. L. 7. §. 10. De A. R. D.*

128. §. 37. Sicuti & (2.) in Cujuscunque generis Molendinis ædibus junctis, Pneumaticis & Navalibus alienandis *Resignatione judiciali* opus esse statuimus Vid. Finkeltaus. *Disp. feud. 3. Contr. 30. & obs. 26. n. 18.* Carpzov. *P. 3. C. 24. Def. 8. n. 1.* Berlich. *P. 3. Concl. 30. n. 11.* Struv. *S. J. F. c. 6. aph. n. 11. seq. & in. S. I. C. Ex. 45. th. 104.* inibique all. Hahn. & Hering. *Tr. de Molendin. c. 8. n. 49.*

129. §. 38. Nec aliam sanè rationem (3.) Decimarum (4.) annuorumque Redituum, der Renten/ esse contendimus. Sicuti enim palam est, reditus annuos, quorum dies nondum cessit, Gail *Lib. 2. O. 10. per. tot.* Tiraquell. *De Retract. Lignag. §. 1. Gloss. 6. n. 3.* Mynsinger. 1. *Obs. 69.* Mev. *ad Jus Lub. L. 1. T. 2. a. 5. n. 28.* ac decimandi jus, fictione juris rebus annumerari immobilibus
130. Vid. Dn. Zesterfleeth. *in Disp. De Decimis Laicor. Th. 18 inibique all.* Tiraquell. *De retract. Gentil. §. 1. Gloss. 7. n. 33.* Reinking. *De Retract. Consanguin. qu. 3. n. 104.* Berlich. *P. 2. Concl. 13. n. 28.* Ita in annuorum redituum venditione resignatione judiciali opus esse, docet expresse jus Lubecense *L. 3. Tit. 6. art. 2. &*
131. Idemque in alienatione decimarum observari constat ex Vin-
132. nio. *ad §. 41. J. De R. D. n. 4. inibique all.* Grotio. *aliisque* Jure siquidem Batavorum ad translationem decimarum easdem privatim traditas esse, non sufficere, sed necesse esse, ut illarum traditio publicè fiat, & coram judice illius loci, ubi res sitæ sunt, docet Vinnius *dict. loc. Conf. d. Dissert.* Dn. Zesterfleeth *Th. 22.*

133. §. 39. Sed & (5.) actiones pro rebus immobilibus competentes hic neutiquam exulare debere censemus; sicuti enim

enim liquet, haſcè civiliter rebus accenſeri immobilibus, Anton. Gabriel. *in Comm. Concluſ. 7. Tit. De V. S. n. 5.* Gail. 2. *Obſ. 11. n. 9. ſeq.* Mev. *ad Jus. Lub. d. l. n. 33.* & Lauterbach. *ad Tit. De R. D.* Ita non minus ad illarum, quàm ipſarum, ad quas competunt, rerum immobilium alienationem *judicialem* deſiderari *reſignationem*, defendere nulli dubitamus.

§. 40. Nunc ad FORMAM accedimus, quâ neglectâ, omni ſuo *Reſignatio judicialis* deſtituitur effectu, utpote quæ dat eſſe, ac operari. Non autem deprehendimus hanc ubique eandem, ſed diverſis locorum ſtatutis ſubinde aliam atque aliam introductam. Neque feſtinatio ac inſtantis itineris meditatio permittunt varios variorum mores ac conſuetudines curatius rimari. Veterem apud Saxones reſignandi ſolennitatem cognoſcere datur ex Landr. L. 1. *a.* 52. & *Gloſſ. in* Weichbild. *ad a. 20. n. 19. ſeqq.* Qui verò in Ducatu Cliviæ uſitatam reſignandi ſolennitatem mit Hand/ Halm und gühtigen Munde expediri ſolitam ſcire avet, adeat D. Gerhard. Feltm. *in Tract. De jur. in re & adrem. c. 13. n. 34. & 35.* Geldriæ mores diſcere licet ap. Fridric. à Sande *Comment. in Conſuetud. Geldr. Tract. 2. c. 1. n. 6.* jung. Struv. *S. J. F. c. 13. aph. 9. n. 6.* & Excel. Rehtius *in Comm. Feud. ad. l. F. 4. n. 16.* Qvid in Dicaſterio Rotwillenſi Cæſareo mulierem bona ſua transferre volentem obſervare oporteat, exhibet Stryk. *Tr. De jur. Senſ. Diſſ. 7. De Tact. c. 1. n. 42.* Jure Lubecenſi *reſignatio judicialis* hoc expeditur modo; ſcilicet Venditor unà cum emptore coram conſeſſu Senatus publicè pro tribunali ſedentis vorſitzenden Raht/ ut habent verba articuli 2. *Tit. 6. L. 3.* Wanner öffentliche audienze giebet / comparet, inibique producto contractu, voluntatem ſuam de cedenda emptori re venditâ, judicialiter declarat, rogitans ut Ceſſio die Verlaſſung/ ſolenniter fiat. Tum vero unicuique, qui ex iſtiuſmodi ceſſione damnum metuit, hiſce precibus intercedere integrum eſt; quod ſi interceſſionis vel non juſta, vel apertè iniqua appareat cauſſa, non juſtificata rectè rejicitur, aut non attenditur contradictio. Si aliquid cauſſæ prætexitur, ſiquidem utrâque parte auditâ, in loco de veritate & jure decernere liceat, ſtatim Senatus, quid faciendum Decreto determinat: Ubi verò ampliori

ori discussione res indiget, partes modò ad Processum Summarium, modò ad Ordinarium pro diversâ rerum qualitate, remittuntur. Factâ Decisione, rejectâque contradictione Senatus solenni Cessioni suffragatur, quæ tum ab aliquo Senatorum consultâ formulâ ac ritu expeditur. Quo peracto rogari solet Inscriptio in Librum Civitatis die Einschreibung in das Stad. Buch/ quæ coram custodibus illius Libri, veluti apud nos Camerariis â Senatu antea decreta, ritè expeditur. Vid: Mev. *ad J. Lub. Lib. 3. Tit. 6. art. 1. n. 18. seqq.* Alibi datâ coram Senatu dextrâ ven-
141. ditor judicialiter Prætoriâ hac compellatus voce: So gebet die
142. Hand und verlasset/ resignare solet. Tàm strictè autem ubique locorum hanc convenit observari resignationis formam, ut eâ temerè neglectâ, nil videatur agi, neqve dominium in accipientem transferri, cum paria sint, aut non fieri, aut non legitimè fieri.

243 §. 41. Num ergo solenni resignatione neglectâ con tractus alienationis invalidus est? Ita ex proximè dictis concludendum esse videbatur. Verum quanquam alienatio sine præ-
via *resignatione* effectum transferendi dominii non operetur, æquè ut ante traditionem emtor rei venditæ non fit dominus, quin tamen producat effectus venditionis primo perfectionis gradu perfectæ, eò minus dubitamus, quo certius novimus hanc resignationem vice traditionis fungi, sicque emptionis substa-
144 tiam absque illa salvam esse. Hinc (1.) Neutri resilire â contractu fas esse sed (2.) venditorem actione emti teneri ad resignandi
145. necessitatem, rectè infert JCtissimus Mev. ad *a. 1. Tit. 6. Lib. 3.*
146 *Jur. Lub.* Cui addimus (3.) Periculum, simul ac partes de pretio convenere, nec non commodum in emtorem redundare, licet venditor judicialiter nondum *resignaverit. arg. §. 3. J. de emt vend.* L. 7. §. 8. ff. De Perit. commod. Rei vend. L. fin. & pen. C. eod. Vid.
147 Carpzov. P. 2. C. 26. D. 10. Nisi sit conditionalis venditio ubi re in totum pendente conditione peremtâ, periculum est vendi-
148 toris. Carpzov. P. 2. C. 26. D. 20. *per.* L. *Necessario 8. ff. De pericul. &c.*
149. & L. *pen.* C. *eod.* jung. Harpr. *Tit. De empt. n.* 8. Re autem saltem deteriorată vel pendente conditione ante judicialem resignationem pro parte peremtâ, periculum emtorem manet. *d.* L. 8. *in pr. d. t.*

pr. d. t. inibique Gothofred. Carpz. P. 2. C. 26. D. 22. (4.) Quod ſi certum tempus pacto de retrovendendo adjectum ſit, illud currat non à tempore demum factæ *reſignationis*, ſed contractæ ac perfectæ emtionis. 150

§. Ult. Coronidis loco non ineptè hic quæritur: Cum ex hactenus dictis ſatis liqueat, emtione ſolo conſenſu perfectâ venditorem invitum ad *reſignandum* compelli poſſe; *Quid ergo juris ſit, ſi quidem venditor jure Lubecenſi reſignaverit, ſed ante procuratam* INSCRIPTIONEM (Ehe die Verlaſſung in der Stad Erb Buch geſchrieben würde) *moriatur; An ſufficiat inchoatum eſſe actum: An verò alterum requiſitum ab heredibus addi: An denique & reſignationem repeti neceſſe ſit?* Decidit in terminis hanc quæſtionem *Jus Lub. l. T. 6. a.* 2. his. verbis: Stürbe aber der Verkauffer ohn das die Verlaſſung in der Stad Erb-Buch geſchrieben würde / ſo ſollen doch nichts deſtoweniger deſſelben Erben dem Keuffer noch mahls verlaſſen und zu Buch bringen laſſen &c. Unde abundè conſtat, heredes venditoris ad reiterationem primi actus der Verlaſſung teneri. Cujus JCtiſſimus Mevius hanc ſubjicit rationem: Nedum alius cedit, & ipſius nomen in libro publico inſcribitur, olim inde fortè diſputatio oriatur. Nec longè hoc â Juris Civilis regulis diſcedit, utpote quo heredes ex noſtris contractibus L. *Ex Contractibus ff* De O. & A. tàm activè, quàm paſſivè obligantur. L. *Un. C. Ut Action. ab hered.* licet Jure Saxonicò heres pretium emtori reſtituere paratus, venditionem præcisè adimplere non cogtur. *Landr. art. 9. Lib.* 1. COLER. *P.* 1. *Dec.* 8. *n.* 3. 151. 152. 153. 154.

# CAPUT TERTIUM.

## Exhibens Judicialis Reſignationis inſignes Effectus.

### *SUMMARIA.*

Connexio n. 1.
Primus Reſignationis Judicialis Effectus eſt, quod hâc praviâ contractu pro judiciali habeatur n. 4.

Ritè

*Ritè expedita Jure Lubecensi* Resignatio Judicialis *rem facit notoriam, nec extrinsecam probationem desiderat.* - - *n.* 6.
*Semper in Magistratu testium multitudo & justitia actus præsumitur.* - - *n.* 7.
*Secundus* Resignationis Judicialis *Effectus est, quod* Processui Executivo *locum faciat.* *n.* 9.
*Tertius* Resignationis Judicialis *Effectus est valida in accipientem dominii translatio.* - *n.* 10
*Neque Jure Lubecensi, Saxonico, alibive locorum, ubi* Resignatio *usu fori recepta est, rerum immobilium in accipientem derivari dominium potest, nisi præviâ Judiciali Resignatione.* *n.* 11. *seqq.*
*Quodcunque justo vestita titulo Jure Civili operatur traditio, id Jure Lubecensi & Saxonico legitimè expedita efficit* resignatio. - - *n.* 16.
*Ratio dubitandi prima proponitur* - - *n.* 17.
*Respondetur ad eandem.* *n.* 18.
*Defenditur contra Instantiam data responsio.* - *n.* 20
*Ratio dubitandi secunda proponitur.* - *n.* 23
*Ad illam respondetur.* *n.* 25. 26. *seqq.*
*Sola* resignatio *absq; Judiciali traditione & investiturâ in Foro Saxonico & absq; Inscriptione in Librum Civitatis publicum in Foro Lubecensi non transfert Dominium.* - - *n.* 24.
*Sine* Resignatione *tamen, neq; Investitura Judicialis, neq; Inscriptio in Librum publicum rem pleno Jure accipientis facere possunt.* - - *n.* 31.
*Quartus Effectus* Resignationis Judicialis *est, quod* prædio feudali *duobus vendito ac tradito, hic præferendus sit, qui præviâ* resignatione *consensu primo legitimam possessionem nactus est.* *n.* 32.
*Ratio dubitandi proponitur.* *n.* 33.
*Ad quam respondetur* *v.* 34.
*Neglectâ* resignatione *Vasallus feudi alteri licet venditi atque traditi possessionem ac dominium tam diu detinet, donec idem legitimè resignaverit.* *n.* 35.
Prædio allodiali *itidem duobus vendito & tradito, idem juris est.* *n.* 36.
*Emtor nondum factâ* resignatione *creditori suo in re sibi venditâ atque traditâ hypothecam constituens, nil securitatis in eundem transfert.* - *n.* 37.
*Ratio ejus additur.* - *n.* 38.
*Venditor factâ* resignatione *pro residuo pretii obtinendo, moto Cridæ processu, reliquis hypothecariis non præfertur.* - *n.* 39.
*Præfertur tamen h.e. Chirographariis.* - *n.* 41.
*Non facta* resignatione *Venditor dicto casu etiam privilegiatis præ-*

præfertur. - n. 40.
Sicuti, si facta licet resignatione venditor in casum non soluti pretii sibi dominium reservavit, illis anteponitur. - n. 42.
Quintus Resignationis Judicialis Effectus est, quod in foro Saxonico præsertim Electorali cesset Retractus linearis. - n. 43.
Sextus Resignationis Judicialis Effectus Jure Lubecensi est, quod post annum & diem, Possessor exceptione præscriptionis contra omnium inquietationes tutus sit. n. 44.
Quæcunque publico civitatis libro inscribuntur, post annum & diem frustra impugnantur. n. 45.
Hinc exspirat hoc tempore actio rei vindicatoria nec non hypothecaria. - n. 46. & 47.
Habet tamen priori casu dominus actionem salvam adversus venditorem ad interesse, & posteriori Creditor contra debitorem ad interesse & consequendum creditum. - n. 48.
Defenditur æquitas & utilitas hujus juris. - n. 50. seqq.
Qui patitur tempora lege agentibus definita labi, juri pro se introducto renunciasse creditur. - n. 52.
Magistratus sanctam semper libri publici fidem servare oportet. n. 55.
Quibuscunque modis alia quævis præscriptio interrumpitur, iisdem etiam efficitur, quò minus annus & dies currat his, in quorum præjudicium cedere videntur, quæ libro publico inscripta sunt. - - n. 57.
Protestatio publica annalem præscriptionem interrumpit. n. 58.
Non æque privata. - n. 59.
Clam facta protestatio nunquam protestanti suffragatur. n. 60.
Anni & Diei Præscriptio à die Resignationis currit. n. 61. seq.
Quodsi diverso tempore res alienata resignata & inscripta fuerit ab Inscriptionis die annalis præscriptio currere incipit. - n. 65.
Annus & Dies ratione initii utilis ratione vero cursus continus est. - - n. 66.
Currit hoc tempus saltem scientibus, æquè ac absentibus. n. 67.
Ignorantia hic non præsumitur. n. 68
Sed juramento probanda est. n. 69.
Juramentum justum illorum, quæ in animo consistunt, probandorum remedium est. n. 70.
In Praxi etiam ex capite justæ ignorantiæ restitutioni in integrum locus est. - n. 72.
Absentes alii naturaliter alii civiliter sunt tales. - n. 73.
Currit his annalis præscriptio ab illo tempore, quo pro scientibus habentur, n. 74.

Dies

*Dies hic non, ut jure Saxonico, spatium 6 Septimanarum complectitur.* - *n.75.&76.*
*Septimus* Resignationis judicialis *Effectus est, quod post annum & diem venditor emtori ad evictionem amplius non teneatur. n.80.*
*Rationem vide.* *n.81*
*Emtori venditor evictionem praestare tenetur, licet nec ille eandem sibi stipulatus fuerit, nec hic promiserit.* - *n.79.*
*Octavus* Resignationis Judicialis *Effectus est, quod liceat emtori aliâ non expectatâ traditione, vacantem rei venditæ possessionem occupare.* - *n.82.*
*Conclusio.* - *n.ult.*

§. 1.

1. CUm parum sit Jus nosse, si quem in foro producat effectum quidq; operetur illi, cujus caussa constitutum dicitur, ignoretur, meritò circa quemcunque Juris articulum, ne inutile videantur suscepisse negotium, nulli nisi otiosâ curiositate se delectanti profuturum, novam juris constitutionem promulgaturos, civibusqve suis novam contrahendi regulam præscripturos, utilitatem ejus, quosqve inter cives novum Jus novos parere effectus debeat, prudenti utiqve consilio respicere opor-
2. tet. Neqve alia prima illis cura magis cordi esse debet, exactam novi qui Juris evolutionem scriptione suâ complecti sibi sumunt, quàm, ut commentationem suam insigni, quam lectu-
3. ris suaviter promittit, utilitate commendent. Quare operam neutiquam lusuri videmur, si hoc capite ultimo varios, quos *Resignatio Judicialis* in foro partim Saxonico, partim Lubecensi producit EFFECTUS, paulò pensiculatius examinandos suscepimus.

4. §. 2. Quos inter primùm occupat locum, quod hâc prævià solennitate, contractus Jure Lubecensi *Pro Judiciali* habeatur, publicorum indè Actorum vim atqve fidem sorti-
5. turus. Mev. ad Jus Lub. *Lib. 3. Tit. 6. a. 1. n.* 8. Cum enim hoc Jure *Resignatio Judicialis* tum omnibus demum numeris absolvi noscatur; quando Judiciali Cessioni Publica in Librum Civi-
6. tatis publicum Inscriptio accessit. Mev. *d. l. art. 2. n. 1.* hoc pacto expedita *resignationis* solennitas rem liquidam, claram atqve notoriam efficit, Coler. *de Process. Executiv. P. 4. c. 1. n. 50.* nullius extrin-

extrinsicæ amplius probationis indigam *arg L. Gesta. 6. ff. De. Rejudic. L. Apud. 2. C. De. Edend. c. Olim, X. De. V. S.* Coler. *d. Tr. P. 3. c. 2. n. 20.* sed Senatus authoritate, quoin testium multitudo, Castrensis, Jason, Brunnem. &. *Ddres. communiter.* ad L. *Omnium C. De. Testament.* Mynsing. *Cent. 6. Obs. 29.* Carpz. *P. 3. C. 3. D. 11.* Francisc Barry. L. 1. *Tit. 2 n. 4.* ac actus Justitia nunquam non præsumitur. *L. 1. C. De. Offic. Civ. jud. inibiq;* Brunnem. L. *Injuriarum 15. §. is qui. ff. De. Injur* L. *Iniquum. 17.* L. *pen & ult. C. De. his, qui accus. non pos* Menoch. *Lib. 2. Præs. 67.* Mascard. *De. Probat. Concl. 1006. n. 21.* Barbosa *ad. L. 2. C. De off. civ. jud & Lib. 9. Tit. 89. axiom. ult.* Christin *Dec. 83. n. 2. Vol. 2.* & publico totius civitatis, fidem ac robur Libri publici, quâ decet observantiâ ac reverentiâ, agnoscentis consensu suffultam. Mev. ad Jus Lub. *Lib. 5. Tit. 6. a. 1. n. 9.* 8.

§. 3. Unde oritur EFFECTUS SECUNDUS, sc: Quod taliter expedita *resignationis* solennitas, *Processui Executivo* & *Summario*, ut in liquidis, locum faciat, Judice â præcepto hîc rectê incipiente, fidem adimplere nolenti certum præfigendo terminum, quem intra datam liberare fidem invitus jubebitur. Vid. Mindanus *De. Mandatis. Lib 2. cap. 66. n. 4. & 5.* Mevius *Ad Jus Lub. Lib. 3. Tit. 6. a. 1. n. 9. & L. 5. T. 6. a. 1. n. 5.* 9.

§. 4. TERTIUS *Resignationis Judicialis* EFFECTUS est 10.
valida dominii in accipientem translatio. Neq; enim aut Jure 11.
Lubecensi. Vid. Lübsche Stad-Recht, *L. 3. Tit. 6. a. 1. verbis:* So muß dasselbe vor dem Raht verlassen werden *& a. 2. d. L. 3. Tit. 6. verbis:* Die sollen dehm Keuffer vor dehm Sitzenden Raht verlassen werden inibique Mevius. aut Jure Saxonico. Land-Recht *L. 2. a. 30. & Constit. Elect. Noviss.* 61. Jacob. Schultz. *in Addit. ad* Coler. *P. 2. Dec. 279.* Peter. Heig. *P. 2. Quæst. 17. n. 18. & Qu. 18. n. 9.* Simon Pistor. *in. Not. ad* Hartm. Pistor. *Obs. 230. n. 57.* Rauchbahr. *P. 1. qu. 6. n.* 12.
34. alibive locorum, ubi hæc traditionis solennitas usu forri recepta est. Gabr. Mudæus *De. Pign. c. Quemadmodum hypothec. contr. n. 25.* Wamel. *L. 3. c. 486. & Consit. 499. n. 5.* Frider â Sande. *cum notis* Lamb. Goris *Fr. De Effusticatione. c. 3.* Valer. Audr. Dessel. *in Addit. ad* Zœs. *Inst. Tit. de R. D. n. 76.* aliter rerum 13.
immobilium in accipientem derivari dominium potest, quàm si Judicialis præcesserit Resignatio. Sicuti enim Jure Civili, cui 14.

resignandi necessitas incognita est, venditione solo consensu perfectâ, venditor rei venditæ dominus esse haud desinit §. 3. *J. de Emt.* L. 41. *ff. De furt.* L. *Si ager.* 50. *ff. De R. V.* proprietate nudis pactis & conventionibus â proprietario non abiturâ. L. 20. C. De *Pact. inibique* Brunnem. sed accedat traditio necesse
15. est. d. L. 20. & §. 40. §. *de. R.* D. Jta, ubi resignationis solennitas ad consummandum actum ac contractum præter traditionem Localibus statutis introducta, aut utentium moribus recepta est, effectu traditionis defunctura, non aliter res pleno in acci-pientem Jure devolvitur immobilis, nisi Judicialiter venditor antea Juri, quod transferre discupit, suo renunciaverit: Wo er es nicht zuvor Gerichtlich verlassen hatt: Ludov. Fasch. 1. *Differ. Jur. Sax.* 4. Chist. Zobel. *P.* 2. *Differ.* 28. *n.* 1. Dan. Möller. *Ad Const. Saxon.* 23. *P.* 2. *n.* 16. inibique Reinh. Rosa. *In Addit.* Berlich. P. 2. *Concl.* 14.
16. *n.* 3. Ut hinc, quod justo vestita titulo operatur jure Civili traditio, id Jure Lubecensi & Saxonico Legitimè expedita efficiat re-signatio.

17. §. 5. Nec adversatur hactenus dictis (1.) quod magni nominis JCti Saxon. ad rei allodialis, solis bonis emphyteuticis ac censiticis, nec non feudalibus exceptis, validam alienationem ac dominii translationem Jure Communi Saxonico neutiquam resignatio nem desiderari autument, omnes â nostræ sententiæ Patro-nis adductos Juris Sax. textus, ad donationem duntaxat avi-torum bonorum, nunquam non fraudibus ac dolosis machina-tionibus obnoxiam, restringentes, nostramqve assertionem, ipso Juris Saxonici textu destitutam, â Glossâ primò Latinâ ex-cogitatam, deindè verò authoritate Authorum Differentiarum aliorumqve Doctorum cœco quodam suffragandi impetu illo-rum vestigia prementium, comunemqve errorem errantium confirmatam esse arbitrantes; quos inter agmen ducere vi-detur Excellentissimus Frantzkius. L. 2. *Resol. quæst.* 12. Junctis Struvio *in S. J. C. Exerc.* 22. *th. mihi.* 108. *in fin.* & Richtero. De
18. *Concurs. Credit. t.* 2. *membr.* 19. *n.* 17. Respondendum enim est cum Carpzovio P. 2. *Decis.* 127. *n.* 15. *seqq.* inibiq; plenâ manu allega-tis Dbus. Observantiam fori Saxonici longè certissimam, quâ de præter propriam multorum annorum experientiam, o-

mnes

mnes â Carpzovio adducti Ddres unanimibus suffragiis testantur, 19.
validissimum asserto nostro tribuere præsidium; unde magis
quâm ex verbis, authoritatem Juris Saxonici æstimare con-
venit.

§. 6. Neqve majoris. (2.) momenti est, quod non 20.
usqvequaque expeditam hanc esse Observantiam reponat
Jctissimus Frantzkius d. l. Schabinis Lipsiensibus æqvè ac Wit-
tenbergensibus, Jenensibusqve non strictè semper hanc senten-
tiã amplectentibus, retrò id Judicatorum fide luculenter testante.
Rectê enim supra allegatus monet Carpzovius *d. Dec.127. n. 19.* 21.
Vel certas facti circumstantias, Juris applicationem nunquam
non variantes, contraria extorsisse pronunciata, vel commu-
nis observantiæ neglectum iisdem caussam dedisse, cum, (*ver-*
*bis utimur Carpzovianis*) non rarò novelli in Dicaster iis Assesso- 22.
res rectius sibi sapere videantur, vel saltem decisa Antcessorum
ad theoriam & disputata Academica revocent. ambiguaqve
reddant, usqve dum errore suo cognito, ad placita Antecesso-
rum redeant, quæ facile aspernari piaculum sibi alii ducunt.

§. 7. Sicuti nec hactenus dictorum fidem subvertit, vel 23.
saltem dubiam facit, quod malè hîc â nobis effectus transfe-
rendi dominii soli tribuatur *Resignationi Judiciali*, cum tamen 24.
hæc de Jure Saxonico sine *Judiciali Traditione* ac *Investiturâ.*
Carpzov. L. *5.R. 41. n.9.&L.1. Resp. 102. n.* 1.& de Jure Lubecensi,
sine *Inscriptione* in Librum publicum Mev. ad Jus Lub. *Lib.3.*
*Tit.6.a.2.n.1.* rem non faciat accipientis. Respondendum enim 25.
est: Nos hic non spectare Resignationem *inchoativè* duntaxat,
sed *completivê*, prout perfecta est, i.e. omnibus suis constat par-
tibus *arg.* L.1.*ff.* De O. J.& eatenus resignationi effectum trans-
ferendi dominium tribuere. Quanquam nec ineptè dici pos- 26.
sit, respectu ad intentionem & voluntatem *resignantis* habito,
*resignationem Judicialem* operari effectum transferendi domi-
nii; Sicuti enim jus Civile in transferendo mediante traditi- 27.
one, positis terminis habilibus, dominio, potissimum atten-
dit voluntatem volentis rem suam in alium transferre, illamque
tum ratam habet. §. 40. *ff. de R.D.* Ita, ubi præter traditionem,
statuta *resignationis* desiderant solennitatem ad transferendi do-
minii

minii effectum, potissimum ad voluntatem serio *resignare* volentis respiciunt, ut tum, quantum ad hunc attinet, dominium in accipientem transiisse videatur, si hic modo omni juri suo
28. rite renunciaverit. Accedit, quod utroque jure tàm Investituram, quàm Inscriptionem in librum civitatis publicum Judici-
29. alis præcedat *Resignatio*. Neque enim aliter novi possessores de bonis immobilibus investiri possunt, nisi prior & antiquus possessor suæ investituræ verbis expressis renunciaverit. Hartm. Pistor. *Obs.* 230. Carpz. L. 5. *Resp.* 41. *n.* 7. Ut ergo & hoc respectu
30. rectè *Resignationi Judiciali* hic effectus derivandi dominium in
31. accipientem detur, quâ sine neque Judicialis investitura, neque in Librum Civitatis inscriptio rem alienatam accipienti pleno addicere effectu valitura est. Confer. Carpzov. *d.* L. 5. *Resp.* 41. *n.* 6. & 10. *inibique all.* Ddres.

32. §. 8. Fluit ex proximè dictis suâpte quasi vi QVARTUS EFFECTUS Resignationis judicialis, scilicet quod prædiò feudali duobus venditò ac traditò, ille præferendus sit, qui *præviâ re-*
33. *signatione judiciali* consensu Domini primò possessionem adeptus est. Quanquam enim illum, cui feudum cum consensu Domini venditum traditum est, alteri, qui præviâ resignatione judiciali ejus possessionem nactus est, præferendum esse videri possit per. *L.* 15 C. *De R. V.* ubi Imperatores Diocletianus & Maxim. ita rescripsêre: Quoties duobus in solidum prædium jure distrahitur, manifesti juris est, eum, cui priori traditum est, in detinendo dominio esse potentiorem; ut vi hujus Rescripti sic satis expeditum esse videatur, eum, qui prius per traditionem jus reale in prædio feudali est consecutus, præferendum esse alteri, qui posteriori possessionis jure nititur Jason. *ad d.* L. *Quoties De. R. V.* Schurffius. *Cons.* 53. *Vol.* 1. Zasius.
34. *ee Feud.* P. *d. n.* 16. & Schrader. *De feud.* P. 5. *n.* 2. *n.* 19. Quia tamen ad prælationem in jure dominii non sufficit nuda detentio, sed possessio *justa atque legitima* sit, necesse est, qualis non est,
35. deficiente *judiciali resignatione*, cum hâc non præviâ, Vasallus licet feudum alteri vendiderit, tradiderit qve, possessionem tamen ac dominium usqve ad illud tempus retineat, quò feudi *resignationem* eorum Domino faciat. Hartm. Pistor. *Obs.* 230.

*n.* 1.

*n.* 1. *&* Coler. De *Proceſſ. Executio.* P. 1. *c.* 10. *n.* 166. Utiqve potior illius conditio erit, qui mediante *reſignatione Judiciali* Domini conſenſu legitimam feudi poſſeſſionem nactus eſt, illo, qui ſine *Judiciali reſignatione* prius feudum venditum traditumq; accepit. Vid Carpzov. *Lib.* 5. *Reſp.* 41. *per. tot.*

§. 9. Nec alia ratio eſt in prædio allodiali duobus vendito & tradito. Nam & h. c. ille alteri præfertur, in quem poſſeſſio non quomodocunque, ſed *Juſtè & legitimè, i.* e. prævia Judiciali ceſſione & *reſignatione* translata eſt. Vid. Carpz. *d. l. Reſp.* 41. *per. tot.* & Mev. *ad. Jus Lub. Lib.* 3. *Tit.* 6. *a.* 1. *n.* 10. 36.

§. 10. Cum ergò ante *Judicialem reſignationem* venditor vel alienans dominus maneat, ejus conſectarium eſt, emtorem hâc non factâ, creditori ſuo in re alienata atqve tradita hypothecam conſtituentem, nil quicquam ſecuritatis ac roboris per iſtiusmodi hypothecam in ipſum transferre. Cum enim alienæ rei oppignoratio Jus firmum ac reale Creditori haud tribuat. L. 2. *ff. De Pign. Act.* L. 1. 2. 6. & 7. C. *ſi. alien. res pign. dat. ſit, ubique* Brunnem. Neguzantz. *De Pign. P.* 2. *memb.* 3. *n.* 52. Molina. *De. J. & J. Tr.* 2. *Diſp.* 529. *n.* 3. & 4. debitore in re non ſuâ Jus aliquod alteri conſtituere non valente L. *Nemo* 54. *ff. De R. J.* L. *Qui filias* 6. C. *Quæ res pign. obl. poſſ.* parum Creditor hâc ſibi hypothecâ conſulturus eſt: Carpzov. *p.* 2. *Deciſ.* 127. *n.* 3 *ſeqq.* 37. 38.

§. 11. Illud etiam facilè ex hactenus deductis liqveſcit. Cum prævia *reſignatione* dominium in emtorem abeat, venditorem pro reſiduo pretii obtinendo reliqvis creditoribus vel hypothecariis, vel privilegiatis, moto Cridæ proceſſu, haud præferri. Ut ut enim non facta *reſignatione*, quâ dominus rei venditæ cunctis Creditoribus etiam anteriorem hypothecam habentibus præferatur. Rauhb. P. *1. qu.* 6. *n.* 12. Neguzant. *d. Tr.* P. 5. *membr.* 2. *n.* 18. Dan. Möller. *Lib.* 1. *Semeſtr.* 4. *n.* 1. & facta licet reſignatione, Jure privilegii perſonalis gaudeat, cunctis anteponendus chirographariis. *Ordin. Judic. Elect. Sax. Tit.* 49. §. *fin* verbis: Im gleichen/ da einer etwas verkaufft hatte / und ihm von der Kauff Summa was hinterſtändig/ 39. 40. 41.

Er aber hingegen sonsten nicht versichert wehre / wollen wir Ihm hinie gleichfals ein Personale privilegium gegeben haben. Hoc tamen casu intuitu residui ipsum Creditoribus hypothecarus posthaberi doctè demonstrat Carpzov: *P. 1. Const. 28. Def. 21. per. tot.*
42. ubi *n. 1.* docet: Hoc tamen pati exceptionem, si venditor in casum non soluti pretii rei venditæ dominium sibi reservaverit.

43. §. 12. QUINTUS Resignationis Judicialis EFFECTUS est quod hâc legitimè factâ, in foro Saxonico præsertim Electorali, cessat Retractus Linearis per expressam *Const. Elect. 31. P. 2. verb.* Ehe die Güter tradiret und auffgelassen. Berlich. P. 2. *Concl. 39. n. 17.* Coler. *Dec. 16. n. 8.* Stryk. *Tr. De Success. ab intest. at Diss. 6. Cap. 4. n. ult.*

44. §. 13. SEXTUM, eumque sanè insignem Resignationis Judicialis EFFECTUM colligere est ex Jure Lubecensi, scilicet, Quod, si alienationis contractum subsequatur solennis & publica *Resignatio, nec non Inscriptio* in librum publicum die Verlassung und Einschreibung / anno & die præscribatur omnibus, contra res venditas aut aliter alienatas competentibus actionibus, ita, ut hoc temporis spatio præterlapso, acturi, præscriptionis exceptione à limine judicii repellantur, Lübsche Stadrecht L. 3. *art. 3. Tit. 6.* verbis: Der soll es binnen Jahr und Tag tuhn / nach dieser Zeit soll Er nicht zu gelassen werden / cum quo conspirat Jus Hamburgense. P. 1. *a 3. Tit. 30.* Hanc quippe vim communem esse illorum,
45. quæ publico civitatis inscribuntur libro, ut emenso anno atque die, nulli amplius impugnationi obnoxia sint, evidenter evincit jus Lubecense. L. 5. *Tit. 6. a. 1.* verbis: Wird etwas in des Rahts Oberste Stadt Buch geschrieben / und solches würde in Jahr und Tag /
46. nicht angefochten / so kan darauff künfftig niemand eine Rede tuhe. Unde conjectu facile est, exacto anno atque die, rem prævia *resignatione* venditam, tanquam suam vindicaturum non andiri, integrâ tamen ipsi actione contra venditorem ad id, quod sua interest. Vid. Mev. *ad jus Lubec. L. 3. Tit. 6. a. 3. n. 6.* Ubi *numero 7. &*
47. *seqq* id etiam ad actionem hypothecariam, hypothecâ in re venditâ publicè constitutâ, extendit, ut hâc qvoqve exacto anni ac diei spacio, experiri non liceat, salvâ tamen & hoc casu
48 creditori contra debitorem actione ad petendum creditum &

inter-

intereſſe Idem *d. l. n. 12.* Quæ juris conſtitutio licet juri com- 49.
muni, quo actiones omnes non niſi longo vel longiſſimo tem-
pore fato ſuo defunguntur ac terminantur *L. 3. & tit.* C. *De Præ-*
*ſcript. 30. vel 40. ann. inibique* Brunnem. apertè refragetur, non
tamen eam æquitate ac utilitate carere opinari fas eſt: Præter- 50.
quam enim, qvod è re maximè Reipublicæ viſum fuerit, ne re-
rum dominia ſemper in incerto ſint, atque litium amputaren-
tur occaſiones, & in tranquillo Respublica floreat ſtatu, metam
actionibus ponere, quamquam ſæpe prolixiorem, qvantò ma-
gis ad abbreviandas litium moleſtias expediet, juſto & ſalutari 51.
remedio tempus illud magis coarctare, quod, ſi quis ſupinâ cor-
reptus negligentiâ temerè labi paſſus fuerit, deſidiæ ſuæ luet
pœnam. Nec habet cur conqueratur; Qui enim tempore le- 52.
ge agentibus definito non utitur, juri ſuo tacitè videtur renun-
ciaſſe, damnum non ſenſurus, ſuâ quod culpâ ſentit. *c. Damnum*
*86. de R. J. & ibi.* Strik. L. 203. *ff. de R. J.* Accedit, quod inſcri- 53.
ptio publico expediatur loco, ad quem omnibus patet acceſſus,
& ſingulis, qui damnum inde reformidant, integrum ſit, copi-
am inſpiciendi, quid inſcriptum ſit, impetrare, ut hinc, quò
major illorum, quorum intereſt, negligentia eſt, eò Juſtior hæc
noſcatur eſſe præſcriptio. Et licet tandem temporis brevitas 54.
uni præjudicio eſſe poſſit, id tamen commodo in multos pen-
ſatur, quibus inde quies eſt, & adverſus ampla alias litigia ſecu-
ritas Mev. ad Jus *Lub. Lib. 5. Tit. 6. art. 1. n. 10.* Ubi. *n. 11. & ſeqq.*
hanc cauſſam permovere debere Magiſtratum, rectè ſubjicit, 55.
ut ſanctam ſemper ſervet libri publici fidem, nec eam per af-
fectus, deſideria, aut diſputationes partium, nedum ſua decre-
ta temerari patiatur, cum longè magis peccetur in Remp. quan-
tum ſœpe uni hâc in re indulgetur.

§. 14. Intra annum ergo & diem inſcriptionem impu- 56.
gnare fas eſt: *Sed quibus id fieri remediis debeat, non impertinen-*
*ter hic quæritur?* Nos, ne modùm migret Diſputatio, quæ præ-
ter intentionem ſub manibus crevit, generalem hic ponimus
Regulam: *Quibuſcunque modis alia quævis præſcriptio interrum-* 57
*pitur, iisdem etiam efficitur, quò minus annus & dies currat his, in*
*quorum præjudicium cedere videntur libro publico inſcripta.* Vid. Mev

*proxime*

58. *proximè all. loco. n.21.* ubi *n. 22 seqq.* subjicit : Protestationem publicam intra annum & diem interpositam rectè annalem præscriptionem interrumpere, non itidem clam, aut nesciâ
59. altera parte, vel Senatu factam. Hæc enim protestanti nun-
60. quam suffragatur. L. *Aut qui aliter. 5. §. 1. & 2. ff. Quod. vi aut clam. inibique* Brunnem. Bartol. *ad* L. *Non solum. §. Morte. n. 28. ibidem. que* Jason. *ff. De Nov. oper. nunc.*

§. 15. A quô autem annus & dies Jure Lubecensi currere incipiat tempore; Num â die *venditionis*, An vero â die *factæ Resignationis*, cum id expresso juris textu nullibi decisum
61. deprehendamus, sæpê disputatum meminimus? Nos illis adstipulamur, quibus placet *Resignationis* diem, tanquam termi-
62. num â quo hujus præscriptionis attendendum esse. Movemur (1) textu *a. 1 & 2.* L. 3. *T. 6.* Ubi tempus, intra quod alienans de evictione tenetur, currere incipit â tempore *Resignationis.* E. Par ratio erit hujus annalis præscriptionis, utpote quâ com-
63 pletâ, cessat evictionis præstandæ necessitas. (2.) Quod non alienationi, sed inscriptioni in librum publicum hic effectus
64. tribuatur. *a. 1. Tit 6. L. 5.* Nec (3.) absque eâ venditio pro perfectâ effectivê habeatur. Confer. Mev. *ad a 3. L. 3. Tit. 6. n. 20. seqq.*

§. 16 Hæc quidem procedunt, si *resignatio* & *Inscriptio*
65. uno eodemque tempore expediatur. Quid autem si ob justam alicujus contradictionem Inscriptione suspensâ, venditor saltem *resignaverit*? Et Respondemus hoc casu *Inscriptionis* momentum præscriptioni initium præbere. Non enim statuto satisfieri videtur, nisi *resignationi* per *Inscriptionem* ultimum complementum accesserit, de quo supra fusius egimus.

§. 17. Dum Præscriptionem annalem, uno tempore *Resignatione* & Inscriptione expeditis, initium accipere â *Resignationis* die diximus, id ita accipi nolumus, ut hoc tempus tâm ratione *initi*, quam ratione *Cursus* continuum esse inde temerê quis inferre vellet. Non enim quidem diffitemur, annum ratione *cursus* continuum esse; At verò eundem ratione *initii* utilem esse juxta statuimus, non solum *absentibus*
67. per expressum textum *a. 3.* L. *Tit. 6. & a. 1. L. 5. T. 6.* sed etiam *præsentibus*, ut utriqve Justa ignorantia non obsit. Quod si ergo

præ-

præsens ignorantiam, qvæ qvidem, inscriptione in publico loco fieri solitâ, indeque nulli non obviâ, Bertazol. *in Tract Clausular* 31. *glos.* 2. *n.* 18 hoc casu vix sine rubore & falsi suspicione obtenditur, Bartol. *in L. Si Tutor. C. De P. eric Tut.* Gabriel. *Com Opin. Lib.* 6. *Tit. De R. J. Concl.* 5. *n.* 19. non affectatam L. 2. §. *ult. ff. Si quis caut.* L. *Qui contra. C. De Jnces Nupt.* si non aliter, Juramento, quod Justum illorum, qvæ in animo consistunt, probandorum remedium est. Heig. P. 1. *qu.* 40. *n.* 20. Carpzov. P. 2. *C.* 22. *D.* 6. certò ac liquidò probaverit, etiam post annum & diem impugnaturum, qvæ libro publico inscripta sunt, audiendum esse arbitramur. Tum, quod Jure civili ignorantibus tempus annale aut brevius non currat. Tiraquell. *De Retract. signag.* §. 35. *Gloss.* 4. *n.* 1, & 22. Mev. *ad a.* 1. *Lib.* 3. *Tit.* 5. Hartm. Pistor. *L.* 2. *qu.* 12. *n.* 26. Tum, quod in aliis articulis Jure Lubecensi annus & dies ad scientes saltem restringatur. Vid. Mev. *ad a.* 1. *Tit.* 8. *Lib.* 1. *n* 37. & *d. t.* Tum, quod, qvæ ratio absentibus demum â tempore scientiæ voluit hanc obesse annalem præscriptionem, scilicet, quod justa ignorantia nemini damno esse debeat, eadem & pro præsentibus, sed justè ignorantibus militet. Tum deniqve, quod communis & in Praxi recepta sit sententia, ex Justâ ignorantiæ caussâ etiam adversus tricennalem præscriptionem, nedum minorem, dari in integrum restitutionem. Cardinal. Tùsch. *Tom.* 6. *Pract. Concl. Lit.* P. *Concl.* 5, 5. 87. *n.* 3. Gail. 2. *Obs.* 19 *n.* 18. Zanger. *De Except.* P. 3. *c.* 10. *n.* 217. Sfort. Odde *De Rest. in integr.* P. 2 *qu.* 90. *a.* 4. Böer. *Dec.* 39. *n.* 1.

§. 18. Absentes alios esse *naturaliter*, alios *civiliter* tales nulli non notum est. Illis, cum annus & dies demum â tempore currat scientiæ per *proximè dicta*, his v. gr. Furiosis, Mente captis, Pupillis, Minoribus &c. â quo annus currat tempore videndum? Et Verius est, illis annum & diem cedere ab illo tempore, quo pro scientibus habentur, i.e. quo ad intellectum rerum pervenerunt. Mev. *ad Jus. Lub. Lib.* 6. *a.* 1. *n.* 25.

§. 19. Diem autem anno Jure Lubecensi adjectum, cujus rationem videsis apud JCtissimum Mev. *L.* 1. *Tit.* 8. *a.* 1. *n.* 12. non sicuti de Jure Saxonico, continere spacium 6. Septima-

narum, sed unicum diem, prætèr 365. dies, quibus annum constare novimus, colligere est ex prælaudato *Mevio d.l.*

77. §. 20. SEPTIMUS priori proximè affinis de Jure Lubecensi Resignationis Judicialis EFFECTUS est, quod, quanquam de Jure Civili alienans pro pretio emtorem indemnem servare, indeque ex naturâ emtionis, Sichard *ad Rubr. C. De Evict.* 78. *n.* 9. Wesenbec. *in ff. eod. n.* 2. ad evictionem, etiamsi nihil de eâ conventum sit *L.* 6. *C. De Evict.* L. *Ex emto.* 11. *ff. De A. E.* accipienti teneatur. Vid. Brunn. *ad d. L.* 6. *inibique alleg. Dd.* idque tam diu, quam diu tempora usucapionum nondum unt finita; hæc quidem Jure Lubecensi se secus non habeant, modò tamen id speciale 79. hic notemus, quod factâ *resignatione*, post annum & diem venditor emtori ad evictionem amplius non obligetur *a. l. L.* 3. 80. *Tit.* 6. Quod Jure Civili secus. Cujus hanc credo subesse rationem, quod post annum & diem res alienata â nemine, possit emtori evinci, ergo frustra ultra annum qvis evictionis urgeret præstationem.

81. §. 21. OCTAVUS Resignationis Judicialis EFFECTUS est, quod hâc legitimè factâ liceat emtori, aliâ non expectatâ traditione, vacantem rei venditæ possessionem occupare, non vacantem autem sine strepitu Judicii ac litis suflamine adjudicatione impetrare. Mev. *ad art.* 1. *Tit* 6. *Lib.* 3 *n.* 11.

82. §. Ult. Alios, si qui sunt, *Resignationis Judicialis* effectus, temporis, quo excludimur, ratio, ac itineris instantis meditatio, curatius rimari haud permittunt; quare velis Disputationis hâc vice contractis, â Te, Candide Lector, ut, si quædam minus exasciata irrepserint, politiori corrigas Judicio, ac in meliorem pro tuo candore partem interpreteris, eâ quâ decet humanitate contendimus. Tibi vero, Ter glorioſe Deus, pro eâ, quam nobis clementissimè largitus es, gratiâ, gratias nuncupamus nunquam desituras, Tuæque providentiæ omnia porro conamina nostra submissâ mente commendamus.

# TANTUM.

## COROLLARIA.

*Inter irrationabiles Opificum consuetudines non ultimum sanè meretur locum, quæ injuriato opificii exercitio tam diu interdicit, donec famam suam contra injuriantem legitimè defenderit.* Vid. Ref. Pol. de Ao. 1577. Tit. Von Handwercks Söhnen. *Proceditur enim hîc inverso prorsus ordine, cum jura non injuriato, sed injurianti pœnam infamiæ dictitent.* L. 1. ff. De his, qui not. infam.

2. *Quanquam ex communi Doctorum sententiâ Clausula Codicillaris omnia testamenti vitia, quæ ex inhabilitate testatoris & ex defectu voluntatis non oriuntur, sanare dicatur, adeò, ut præteritionis & iniquæ exheredationis impedimentum per illam tolli asserant,* Fab. Turret. De Effect. Clauſ. Codicil. qu. 25. n. fin. Vasqu. De Succeſſ. creat. L. 2. §. 20. n. 251. *Nos tamen rectius dici opinamur; Hanc Clausulam planè nullum, imo ne minimum quidem solennitatis defectum sanare, cum, quo casu vi illius Clausulæ testamentum sustinetur, illud tale esse desinat & in codicillos degeneret, scriptis heredibus non integram hæreditatem, sed detractâ quartâ dodrantem saltem consecuturis.*

3. *Legitimam, quâ talem, Statutis planè tolli posse, juri non adversatur.*

4. *Collateralibus neq; jure naturali, neq; jure civili præcisè fratris deberi hereditatem, sed etiam sine caussâ in Conscientiæ foro à Fratre eosdem præteriri posse, inopem si exceperis fratrem, dissentiente licet* Sutholt: Diſſ. 11. ad Jnſt. Corroll. 1. *asserere nulli dubitamus.*

5. *Licet Obligationem ad Obstagium* Zum Einlager *Per Refor. Polit. de Ao. 1577. Tit. 17.* Von Wucherlichen *Contracten. §.* wie woll auch. *sub Cassatoria clausula interdictæ sint.* Gail. 2. Obſ. 46. Herring. *De fidejussor. c. 17. n. 69.* Carpzov. *P. 2. C. 22. D. Penulo* Berlich. *P. 2. Concl. 28. n. 160. renunciatione etiam juratâ* Coler. *De Proceſſ. Executl. P. 1. c. 8. n. 89. Cujus,*

ceu

ceu publici & prohibitivi Juris, nilqvicquam valiturâ arg L. 5. C. de LL. Dalner. De Renunciat. c. 9. n. 1. seq. quin tamen vi Instrumenti Pacis Osnabr. a. 8. §. De Indaganda, in fin. & Ordinat. Provincialis Haderslebiensis de Ao. 1604. in Patriâ rectè observetur, sublatoqve abusu, nil vitii contineat. Vid. Dn. Tabor. De Obstag. c. 4. n. 4 Debitore propitio Jure se ad arrestum ubicunque locorum deprehensus fuerit, nec non ad carcerem obligare valente, cum. Strykio Tr. De Caut. in Contr. necess. Sect. 2. c. 1. §. 37. alüsqve magni nominis JCtis defendere sustinemus.

6. Das Strand-Recht / rectius dicitur das Strand-Unrecht / cum omni juri refragetur, C. C. C. art. 218.

7. Cujus filiam uxorem ducere non licet, ejus tamen neptem ducere permittitur, contra Regulam §. 3. J. De Nuptiis. qvæ sano tamen sensu utiq; procedit.

8. Rationem, cur annulus pronubus quarto inferatur in publico copulationis actu digito, sc. quod in eo vena quædam sanguinis ad cor usque perveniat. Vid. c. 7. Cauff. 30. qu. 5. recentiorum Medicorum observationi contrariari, rectè docet Cypræ. De Sponsal. c. 11. §. 4. n. 6. & Lauterb. Diss. De. Arrha. th. 63.

9. Vulgaris subscribentium clausula: Doch mir und meinen Erben unschädlich / cautela abundans est. Moller ad Const. Sax 52. n. 17. P. 2. Coler. De Process. Execut. P. 3. c. 1. n. 135. Sicuti & illa contractibus inseri solita: Für mich / mein Erben / und Erbnehmen / tanquam abundans cautela per L. 13. C. De Contr. & comm. stipul. L. 38 §. 13. L. 56. §. 1. ff. de. V. O. membranam saltem occupare videtur. Coler. De Process. Execut. P. 1. c. 10. n. 32. exceptis negotiis sui naturâ ad heredes non transitoriis. Vid. R. J. de Ao. 1654. §. damit auch zum vierten etc. in qvibus per sonæ industria eligitur. Stryk. d. Tract. Sect. 1. c. 4. §. 15.

§(O)§



Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn746169418/phys_0063
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn746169418/phys_0064
DFG



Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn746169418/phys_0065
DFG



Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn746169418/phys_0066
DFG

*nistratio concessa*, qvamvis dissent, Merckelbac *k. Vol. I. cons. 13. n. 61. & inibi all.*

§. 9.

Annumerari qvoqve potest in Germaniâ bitra- riis publicis VII. *Societas Clientelaris*, qvæ *inter P* *lientes* intercedit, & in Imperio admodum freqvens es apud Dn. Becman. *in pol. par. c. 11. §. 4.* Sicut autem hîc P entes *omnia illa jura* concedenda sunt, *sine quibus c* *eri* & auxilio adjuvare *non potest*, qvò etiam *jus mi* & ali- qvando *jus aperturæ* pertinet; Dn. Stryk. *de ju* *. terr. c. 1. n. 125. sqq.* Dn. Fritsch. *in Tr. de iure* *n.* 17. *seqq.* Ita impunis est Clientum erga Protec entia, *si vel etiam qvoad hæc jura pacto sibi prospexerint,* Rever- *sales* inter Protectorem & Clientes usitatæ, vid. *r.* Re *verf. c. 7. vel justam non parendi causam* habeant, torem in se imperium qværere metuant, aut illius mil ntagi- oso veniant, ubi jus aperturæ licitè denegabunt. *s. ad- jut. c. 2. §. 18.* Multo magis autem impunè inobe i Pro- tector *sub protectionis prætextu* Superioritatem si Clien- tes tribuere, &c. g. actus jurisdictionis exercere, *Tesenb.* 10. *Qu. 2.* vel Clientes, (ubi tamen casum summ xcipit Dn. Wildvog. *in Diss. De protect. censu c. fin. n. 10.*) c Klock. *vol. 1 cons. 12. n. 31.* Dn. Lyncker. *Decataxtris c. 3 §.* derati & adhærentes non fiant subditi, Klock. *cons. 37. n.* c tœ- dus Protectorium jus superioritatis inferat, on deri *Reichs vogteyen p. 417. & 489. & ibi all.* Mag. *de A* *p. 439. & c. 3. n. 401.* Böcler. *in not. S. R. J. L. 16. c. 3. §. 3. & C* *modis* qvidem *plenariis subditis* æqviparentur, *in oneri* *deter- minationem* non teneantur, Dn. Stryk. *all. l. n. 134.* *Clien- tibus invito Protectore Jus Protectionis excutere li* *negan- dum* videtur, si pro Protectione *certus census* tetur, cum jus Protectori semel ex contractu qvæsitur uferri neqveat: *Secus* vero, si *gratuita* sit *protectio*, ub favori renunciare utiqve poterunt, cum Protectoris ho ter sit, vid. omn. Mantz. *Dec. Pal. Qu. 18. n. 5. & 34.*

§ §. 10.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn746169418/phys_0067
DFG